THOMAE ERPENII

GRAMMATICA

ARABICA.

ACCEDUNT LOCMANI SAPIENTIS FABULAE
ET SELECTAE QUAEDAM ARABUM SENTENTIAE.

ROMAE MDCCCXXIX.

IN COLLEGIO URBANO
DE PROPAGANDA FIDE.

THOMAE ERPENII CONSILIUM *

de ratione addiscendae grammaticae arabicae.

I. Si quis omnino rudis accesserit, primum ex simplici potius intuitu, quam prolixiore explicatione, discat lectionis elementa; quae sunt consonantes, vocales, et notae orthographicae. Harum attente contempletur figuras, et expendat potestates seu valores. Viginti octo consonantium notitia petetur ex initio cap. primi, ipsa nempe eius tabella; trium vocalium ex tabella et fine cap. tertii: quinque peculiares notas orthographicas docet principium cap. quarti, et pars quinti prima et ultima. Ubi et obiter notasse profuerit, uti tres tantum sunt vocales *a*, *o*, *i*; ita tres dumtaxat nominum casus: et *o* pertinere ad nominativum et vocativum; *a* ad accusativum; denique *i* ad casus reliquos.

II. Tum cognita illa elementa inter se nectere in syllabas assuescat: quem in finem iuvari poterit exemplis, tum singularium vocum, pag. 6, 16, 17; tum vocum plurium, pag. 18, 21, 22, 23; et integrae sententiae, pag. 16: quippe ubi arabica etiam latinis litteris exprimuntur.

III. Hoc praevio defunctus rudimento, librum primum diligenter legat, ab initio usque appendicem eius, quae pag. 24. occurrit. Ita quidem, ut iis quae ad rem propositam scitu magis esse necessaria iudicaverit, maiorem adhibeat attentionem. Quaedam enim curiosae esse potius et uberioris doctrinae satis liquet.

Ubi et hoc observa, in tesdid euphonico, de quo pag. 18 et 19; et wesla, de qua pag. 20 et 21, lingua exprimendis, non adeo esse laborandum: nam hoc, ut natum est ab expedite loquentis naturali propensione quadam et euphonia; ita ab ea potius quam ab artis affectatione et conatu pendet.

* Hoc Erpenii consilium desumptum est ex editione huius grammaticae, quae, curante viro eruditissimo Iacobo Golio, Lugduni Batavorum an. 1656. est impressa.

IV. Appendicem libri I, quod spectat, illa continet canones toti linguae, hoc est omnibus, vel saltem praecipuis, orationis partibus communes; utpote euphoniae et facili elocutioni inservientes. Per quos potiori ex parte tollitur quae videatur esse in arabismo anomalia: ac proinde sine quibus nemo possit feliciter arabicari. At licet illi canones per se singuli sint facillimi, ut nullo negotio intelligi et memoriae mandari possint; multitudo tamen ob ipsam affinitatem facile confusionem inducit. Ea propter omnino praestiterit, ut singulis, aut ad summum binis, accurate perpendendis et memoriae imprimendis, singuli dentur dies.

V. Libro primo caeteris rebus cognito, interea dum istoc modo canonibus etiam opera datur, progrediendum est ad secundum librum de verbis. Ubi primum coniugationum tabella, quam exhibet pag. 32, diligenter est discenda: et ad maiorem confirmationem, verba quaedam trilittera, ut كَتَبَ, فَرَقَ, et alia quaelibet, per eam deduci debent: donec oblatae cuiusque radicis coniugationem expedite et prompte formare noris.

VI. Hinc procedendum ad paradigma regulare primae coniugationis activae, quod bene memoriae est imprimendum, cum ab eo reliqua omnia dependeant: mox praecepta ei adiuncta legenda quoque atque discenda sunt.

VII. Deinde differentiae coniugationum derivativarum a prima, sequentibus duobus capitibus III et IV traditae, etiam memoriae penitus infigi debent; et ad eandem normam radices plures per primas tantum temporum voces in coniugatione prima et reliquis deducendae sunt. Nec ante pergendum ad verba imperfecta, quam perfectorum coniugationes omnes, tum primitivae, tum derivativae, bene perspectae et cognitae fuerint; et simul primi libri repetita semel atque iterum appendix memoria teneatur.

VIII. Hinc ad imperfecta fiat progressus, et singulis speciebus singuli attribuantur dies, confusionis evitandae gratia: nisi forte species quarta et quinta, sive cap. VIII et IX. dies exigere binos videantur. In iis bene considerentur et memoriae mandentur generales imperfectionis regulae, et ipsae ad eu-

phoniam facientes; quae fere circa initium singulorum capitum proponuntur. Hisce enim intellectis et cognita verbi perfecti coniugatione, facile erit formare imperfectum. Nam ut minori hoc molestia facias, omnino consultum est, quamlibet vocem verbi imperfecti eo formare modo, ac si verbum perfectum sit. Ita formata cum erit, evidenter apparebit an contra generales illas imperfectionis regulas, an speciales peccet. In hisce verbis videbunt studiosi, quanti momenti sint aurei illi appendicis libr. I. canones: quos propterea hic saepe consulere et applicare oportet.

Verbis cognitis pergatur ad nomina, et ab hisce ad reliqua: de quibus nihil peculiare est monendum: quoniam ibi res plana est ac manifesta; nempe iis, qui iam praecedentium habeant cognitionem. Ubi quae per se maior esse, quam in illis sequentibus, difficultas videtur, ei ab Erpenio provisum fuit ipsa praeceptorum traditione; perspicua nempe et evidenter distincta. Quae si contracta nimis et in unum pressa, alio praesertim ordine, simul ingeri contingat, utique in dirigendo haud paulo plus negotii discentibus facessent.

INDEX CAPITUM

Liber I.

Liber II.

Liber III.

Liber. IV.

Liber V.

REIMPRIMATUR

F. Dominicus Buttaoni M. S. P. A. Soc.

REIMPRIMATUR

Jo. Della Porta Patr. Constantinop. Vicesgerens.

THOMAE ERPENII
GRAMMATICAE ARABICAE
LIBER PRIMUS
DE ORTHOGRAPHIA.

CAPUT PRIMUM
De litteris.

Arabum litterae consonantes sunt viginti octo, quarum nomina ordinem, et figuras cum suis potestatibus sequens tabella exhibet.

Ordo.	Nomen et potestas.		Figura. in fine dictionis, annexa praeced.	in fine dictionis, non annexa praeced.	extra finem dictionis, annexa praeced.	extra finem dictionis, non annexa praeced.
1	Elif. Spiritus lenis Graecorum, א Hebraeorum.	أَلِفْ	ـا	ا	ـا	ا
2	Be. B.	بَاء	ـب	ب	ـبـ	بـ
3	Te. T.	تَاء	ـت	ت	ـتـ	تـ
4	Thse. T blaesum.	ثَاء	ـث	ث	ـثـ	ثـ
5	Gjim. G Gallorum ante *e* et *i*.	جِيمْ	ـج	ج	ـجـ	جـ

Ordo.	Nomen et potestas.		Figura.			
6	Hha. — ח Hebraeum, i. e. duplex *h* ex imo pectore protractum *h'*, *hh*.	حَا	ـح	ح	حـ	ـحـ
7	Cha. — Ch. seu χ Graecorum cum rasione gutturis.	خَا	ـخ	خ	خـ	ـخـ
8	Dal. — D.	دَالٌ	ـد	د	ـد	د
9	Dhsal. — D. blaesum	ذَالٌ	ـذ	ذ	ـذ	ذ
10	Re. — R.	رَا	ـر	ر	ـر	ر
11	Ze. — Z, aut *s* inter duas vocales.	زَا	ـز	ز	ـز	ز
12	Sin. — S initio dictionis, aut post consonantem.	سِينٌ	ـس	س	سـ	ـسـ
13	Sjin. — Sj Belgarum, *ch* Gallorum, *sch* Germanorum, et *sh* Anglorum.	شِينٌ	ـش	ش	شـ	ـشـ
14	Sad. — TS, sed ita ut *s* magis quam *t* audiatur.	صَادٌ	ـص	ص	صـ	ـصـ
15	Dad. — Idem blaese.	ضَادٌ	ـض	ض	ضـ	ـضـ

Ordo.	Nomen et potestas.		Figura.			
16	Ta.	طَا	ـط	ط	ـطـ	طـ
	T in gutture pronuntiatum.					
17	Da.	ظَا	ـظ	ظ	ـظـ	ظـ
	Idem blaese: vix differt a ض.					
18	Ain.	عَيْن	ـع	ع	ـعـ	عـ
	ע heb. difficillima littera.					
19	Gain.	غَيْن	ـغ	غ	ـغـ	غـ
	G in gutture pronuntiatum.					
20	Fe.	فَا	ـف	ف	ـفـ	فـ
	F.					
21	Kaf.	قَاف	ـق	ق	ـقـ	قـ
	K in gutture pronuntiatum.					
22	Kef.	كَاف	ـك	ك	ـكـ	كـ
	C ante *a o u*, id est *k* in anteriori parte oris.					
23	Lam.	لَام	ـل	ل	ـلـ	لـ
	L.					
24	Mim.	مِيم	ـم	م	ـمـ	مـ
	M.					
25	Nun.	نُون	ـن	ن	ـنـ	نـ
	N.					
26	Waw.	وَاو	ـو	و	ـو	و
	W nostrum, germanicum, anglicum.					

Ordo.	Nomen et potestas.		Figura.		
27	He. هَآ ¹ H.	ـه	ة	ﻬ	ﻫ
28	Ie. يَآ ²	ـى	ى	ﻴ	ﻳ

² Heb id est *i* consona, quam caveant Galli suo more pronuncient; is enim sonus τϐ̃ ج est.

De nominibus litterarum .

Nomina haec τεχνικὰ sunt , ut apud nos , *be* , *ce* , *el* , *em* , *ix* , *zeta* , &c. Quod si quaedam aliud etiam significant, casu sunt aequivoca . Declinantur autem Arabibus more reliquorum nominum : unde terminationem *on* in nominativo adsciscunt , quam ego brevitatis causa latine non expressi , ut ipsi quoque Arabes in recitatione alphabeti sui eam negligunt . *Elif* etiam hamza vocatur : ratio post patebit .

De ordine .

Ordo hic orientalium Arabum est , id est, Asiaticorum et Aegyptiorum : occidentales , seu Mauri , paulo alium observant , scilicet

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز ط ظ ك ل م ن ص ض
ع غ ف ق س ش ه و لا ى.

Olim apud utrosque alius obtinuit , qui etiam numeris denotandis inservit , et octo fictis vocabulis vulgo exprimitur ; apud illos , scilicet Asiaticos , idem qui apud Hebraeos , hoc modo ,

أَبْجَدْ هَوَزْ حُطِّى كَلَمُنْ سَعْفَصْ قُرِشَتْ ثَخَذْ ضَظَغْ *

Apud hos , nempe Mauros , paulo alius , in hunc modum ,

أَبْجَدْ هَوَزْ حُطِّى كَلَمُنْ صَعْفَضْ قُرِسَتْ ثَخَذْ ظَغَشْ *

Qui in alphabeto asiatico hodierno و litterae ه postponunt contra omnium lexicorum , et alphabeticarum institutionum ipsorum orientalium , quae mihi videre contigit , id faciunt fidem .

De figuris litterarum .

Dubium non est , quin pleraeque figurae litterarum arabicarum a syriacis derivatae sint .

Septem autem scripturae arabicae reperiuntur genera, quorum

Primum et potissimum est نسخى *nischi*, quo alcoranus vulgo apud illos solet scribi, apud nos autem libri excudi.

Secundum تعليق *taalik*, quo Persae utuntur; quique ad *nischi* se habet, ut typi hebraei Henrici Petri ad typos plantinianos aut bombergianos.

Tertium ديوانى *diwani*, quod in forensibus et quotidianis negotiis Turcae usurpant; maxime cum turcice scribunt: habetque se ad *nischi*, ut *masket* Hebraeorum ad scripturam assyriacam. Ad huius scripturae elegantiam pertinere videtur, quod lineae in progressu ascendunt, maxime versus finem: raro enim quid hac scriptura expressum videas, in quo id non contingat.

Quartum قرمه *kirma*, cuius usus fere tantum est in tabulis accepti et expensi imperatoris Turcarum. Hoc minus attente consideratum similius videtur esse scripturae vulgari Iudaeorum, quam τῷ *nischi*: litteris enim constat exiguis, nec invicem connexis.

Quintum est ثلثى *tholothi*, in titulis librorum et diplomatum adhiberi solitum, habetque se ad *nischi*, ut maiusculi illi characteres latini, quibus librorum tituli apud nos excudi solent, ad characteres communes: litterae enim eaedem sunt quae *nischi*, sed multo maiores et pinguiores, mireque elegantibus ductibus cohaerentes.

Sextum est ياقوتى *iakuti*, et septimum راحنى *rahani*, sic dicta ab auctoribus suis ياقوت et راحن; qui ad maiorem scripturae venustatem, ut sunt Arabes καλλιγραφίας studiosissimi, peculiares quosdam litterarum ductus et nexus, suo quisque modo, excogitarunt.

Hisce octavum addi queat mauritanicum, quod satis multum a praecedentibus differt; qua de re post nonnihil.

Nos typorum inopia primae tantum scripturae, tanquam praecipuae et primitivae, quaque cognita reliquae nullo fere negotio addiscuntur, litterales figuras proposuimus in tabula alphabetica.

Caeterum, cum litterae arabicae omnes, praeter sex ا د ذ ر ز و, sequenti in eadem dictione inter scribendum annectantur, et in fine liberiori ductu protrahantur, eiusdem litterae, ratione connexionis et situs, plures ortae sunt figurae: ita in tabella propositae, ut prima columna eas, quae initio dictionum, et in medio post sex illas illigabiles, secunda, quae in medio post ligabiles: reliquae duae quae in fine; prior quidem post illigabiles; posterior vero post ligabiles usurpantur, exhibeat. Separatim autem exprimendae, figura finali illigabili pinguntur.

ا tamen τῷ ل subiungendum peculiare quiddam habet: nam aut separatim illi apponitur et quasi cadens includitur, sic لا; idque tum maxime, cum ل praecedenti annectitur: aut cum illo in unum coalescit, hoc modo لا, quum ل non cohaeret cum alia, atque istae litterae sic coniunctae nomine composito vocantur *lamelif*, ac si una essent; ut et quidam opinari videntur, dum ultimae alphabeti litterae eas praeponunt: at male.

Variant interdum, in codicibus manuscriptis praecipue, ut non omnes uno modo et aeque bene pingunt, figurae nonnihil a supra positis; sed ea variatio tanta est, ut nec regulis comprehendi, nec typis repraesentari facile possit. Tu talia exemplaria nactus diligenti consideratione et cum his nostris collatione facile eas agnosces et observabis, etiam in omni scripturae genere: essentialem enim ab his differentiam non habent, nisi quod Mauri *kaf* uno puncto superne insigniunt, hoc modo ڧ; τῷ *fe* vero, ut ab illo differat, suum apicem subiiciunt, in hunc modum ڢ: qua quidem nota certo dignosces codices eorum ab iis, qui in oriente exarati sunt.

Orientales autem pro triplici puncto τοῦ ش lineolam interdum adhibent, hoc سٙ, aut hoc سٛ modo. Utrique compendii gratia omittunt subinde puncta illa διακριτικὰ, quibus solis figurae quaedam diversarum litterarum distinguuntur; ut ب ت ث ج ح خ ف ق; unde scriptura exsurgit lectu et intellectu difficillima. Parum est, quod interdum in una et altera littera negligantur, quae absque iis facile agnoscitur: ut in *je* finali hoc modo ى scripto; quod passim accidit.

Plerumque tamen puncta illa διακριτικὰ solent adiici: quin et iis figuris, quae illorum absentia ab aliis discernuntur, scilicet ح د ر س ص ط ع, quaedam interdum apponi notae, significantes debitam punctorum absentiam, τοῖς د ر س quidem superne hoc modo دٚ رٚ سٚ, reliquis vero inferne, similes illis aliae, minori ut plurimum forma, sic ح ص ط ع.

Idem subinde τῷ س contingit; cui et eadem de causa interdum tria puncta subiiciuntur, hoc modo س. Ita τῷ *he* finali aliud interdum superponitur, indicans absentiam punctorum quibus interdum insignitur; de quo postea. Haec tamen hodie raro et non nisi in accuratissime scriptis observantur.

Figurarum in dictione, et dictionum in linea ea est consequutio, quae orientalium fere omnium; a dextra scilicet sinistram versus.

Pleraeque autem figurae basi lineae incumbunt, nec ullae infra eam deprimuntur, praeter ر ز ة ع ه و et لا, itemque finales protractas; unde ج ح خ annectendae litteris, quae ductum suum in basi lineae terminant, ne ipsae deprimantur, eas, cumque iis saepe alias, connexas elevant: ut in تَجْرِبَةٌ *experientia*, videre est: sic اَلتَّجْرِبَةُ, اَلْمُخَاطِبُ *colloquens*, شَحْطٌ *remotio*, &c. Quae autem unius sunt dictionis, iuste a se invicem separatae sunt, nec nimis magnis distantiis aut vinculis se mutuo consequuntur, nisi lineae quantitas obstet: dictio enim in fine eius scribenda si satis loci non reperiat, admittit inter inconnexas grandius spatium, ac inter eas in

duas partes secatur; quarum prior lineam reliquis adaequat, posterior in margine ponitur, hoc modo:

كُلّ ٱلحِذَاء يَحتَذِى بِهِ ٱلحَا فِى *Omni calceo calceatur γυμνοπόδης.*

Crebro tamen priori superponitur, sic:

ٱلحَيَاء يَمنَع ٱلرِّز قَ *Verecundia prohibet largitionem.*

Interdum initio sequentis lineae collocatur, quod perpetuo observant libri typis excusi. Si autem dissectionem istam dictio aliqua commode non admittat, tota initio sequentis lineae reservatur, et ad lineae complementum praecedentis dictionis vinculum aliquod producitur in hunc modum:

فِى ٱلبَدء • كَـــان ٱلكَلِمَة وَٱلكَـــلِمَة كَـــان عِنــد ٱللّـــه وَٱللّه

هُوَ ٱلكَلِمَة، كَان هٰذَا قَدِيمًا عِند ٱللّه *

In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Erat hoc aeternum apud Deum.

Quae vinculi productio in principio aut medio lineae etiam interdum adhibetur ornatus gratia: maxime in trito illo,

بِســـم ٱللّه ٱلرَّحمٰن ٱلرَّحِيـــم *

In nomine Dei miseratoris misericordis.

Dictionum a se invicem distantia maior quam quae est litterarum unius dictionis, in manuscriptis vix observatur, quod fines earum figuris literarum finalibus ut plurimum facile cognoscantur. At periodorum sic satis magna fere adhibetur, quin et notis hisce ۞ * ⁂ . ∴ et similibus, itemque ۵ et ں fines earum non raro indicantur; quae tamen necessitate aliqua urgente periodi membris distinguendis inserviunt: particulares enim distinctionum et certarum orationis qualitatum notas extra alcoranum non facile est reperire: at in eo ط minio voci superne adscriptum periodi finem, aut colon designat, ut ج hypocolon, et لا comma; nisi, quod malim, hoc unionis potius quam distinctionis notam esse statuas.

Triplex autem punctus crassus et caudatus hoc modo ❛❛, et in quibusdam exemplaribus unus solum sic ❛, rhythmi nota est, non distinctionis; etsi rhythmo sententiae non raro terminentur. Atque haec diabolico illi libro peculiaria sunt, ut alia pleraque, de quibus alias. Ait Theseus Ambrosius · commatis, : coli, .·. hypocoli, :. interrogationis, .: responsionis, et .:. periodi apud Arabes notas esse: sed fides sit penes auctorem.

ΠΑ'ΡΕΡΓΟΝ.

Solent Arabes christiani et iudaei odio Mahomedanorum pleraque sua quae ad religionem spectant scripta arabica alio charactere consignare: illi quidem christiano, id est syriaco; hi vero iudaico, id est hebraeo. Ac tum litteras ض et ظ more Arabum formant ab affinium figuris apposito puncto, in hunc modum צ̇ ܙ̇ et ט̇ ܛ̇: ج autem et غ a *caf* et *gimel*, Iudaei quidem superscripto raphe, hoc modo כ̄ ג̄, quibus ג̄ est ج, et כ̄ ك. Syri vero subscripto puncto, sed soli *caf*, sic ܟ̣: nam *ghimel* manet nudum; cui ut repraesentet ج punctus inscribitur, hoc modo ܓ̇. Litteris autem ث et ذ exprimendis Syri ܬ et ܕ, id est figura τοῖν تد nullo constituto discrimine etiam adhibent: secus Iudaei, qui has cum daghes, sic תּ דּ, illas cum raphe, in hunc modum ת̄ ד̄, exprimunt, ut tale sit horum alphabetum arabicum.

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ

א כ ת ת̄ ג̄ ח כ̄ ד ד̄ ר ז ס ש צ צ̇ ט ט̇

ع غ ف ق ك ل م ن ه و ى.

ע ג̄ פ̄ ק כ ל מ נ ה ו י

De potestate figurarum.

Potestas seu valor figurarum est quod ipsae tamquam signa repraesentant; estque primaria aut secundaria. Primaria

est ipse literarum sonus, quem aliarum linguarum characteribus, quarum valor notus est, in tabula quam potuimus convenientissime expressimus; quod in plerisque commode satis fieri potuit, in aliis non item. Praecipua difficultas est in ثخذ ضظغ, maxime in حضع; quae vivam docentis vocem requirunt.

De solis ن et ه pauca quaedam hic addenda sunt; eae enim valorem suum interdum mutant: ه quidem in eum qui est τῆς ت, in cuius indicium huius puncta superne assumit hoc modo ة: quod in finibus nominum tantum accidit, ad genus foemininum aut plurale designandum, ut post fiet manifestum.

ن autem vocali destitutum, positumque immediate ante aliud ن, aut litteras اهحخعغ, retinet quidem proprium sonum, non secus ac si vocalem possideret; inque ejus indicium superne insignitur *nun* rubro, ut أَنْهَار *fluvii*, مِنْ عَبْدِ اللّٰه *a servo Dei*: sed ante alias sonum variat: nam,

1. Ante ب sonat ut *mim*, idque indicat *mim* rubrum ei superscriptum, ut عَنْبَر *ambaron*, non *anbaron*, *ambra*. مِن بيت *mim beitin*, non *min beitin*, *de domo*. Sic Latini et Graeci *n* ante *b* in *m* mutant: ut, imbibo, ἐμβάλλω, pro inbibo, ἐνβάλλω.

2. Ante لو مير accipit sonum sequentis, superposito *gain* rubro, et apposito ad لو مير duplicitatis nota tesdid, de qua postea: ut, مِن ربّ *mirrabin*, non *min rabbin*, *a domino*; مِن ليل *millailin*, non *min lailin*, *a nocte*. Sic Latini et Graeci *illicitus*, *immunis*, ἐλλείχω ἐμμένω, pro *inlicitus*, *inmunis*, ἐνλείχω, ἐνμένω.

3. Ante reliquas sonat *n* cum *g* mixtum, quomodo Turcae ك non raro pronunciant, et vulgo nunc solet efferri ע hebraeum: eiusque soni nota est *cha* superscriptum; et rubedo puncti τοῦ *nun*: ut, أَنْزَل *angzala*, non *anzala*, *demisit*: مِن طين *ming tinin*, non *min tinin*, *ex luto*. Ante ق autem et ك,

g illud τῷ *n* adiunctum est manifestius, sonusque ille mixtus fortior et vehementior; idque indicat punctum τῶ *nun* rubrica triplicatum: ut مُنْقَلِبٌ *mungkalabon*, *conversus*, مِنْ قَلْبِهِ *ming-kalbihi*, *ex corde suo*: مُنْكَدِرٌ *mungkadaron*, *conturbatus*: sic مَنْ كَفَرَ *mang kafara qui infidelis est*. Sic et *n* apud Latinos ante *c* eum quoque sonum vulgo habet: ut, *incumbo*, *incredulus*; et similiter apud Graecos ante *k*, sed in γ mutatum, ut συγκλάω, πέφαγκα.

Secundaria figurarum potestas sunt numeri; quorum notae sunt eodem modo, quo Hebraeis suae: alphabeti enim ordine antiquo (ut supra) descripti primae novem litterae unitates exprimunt, novem sequentes denarios, reliquae centenarios, ultima غ millenarium: caeteros additione supplent, sicut Hebraei; ut يا sit 11, يب 12, يج 13, يد 14, يه 15, كا 21, كج 23, تل 430, غق 1100, غش 1300, غخيج 1613, غغغ 3000, &c.

Recentiores Arabes alias etiam ab Indis mutuati sunt, quas et his adiiciendas duximus.

١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	٠
1	2	3	4	5	6	7	8	9	0

His eodem prorsus modo utuntur, quo nos vulgaribus istis nostris: ut ١٠ sit 10, ١١ 11, ١٢ 12, ٢٠ 20, ٣٠ 30, ١٠٠ 100, ٤٠٠ 400, ١٠٠٠ 1000, ١٦١٣ 1613, et sic caetera. Observandum autem est, pro decima (٠) non raro usurpari quintam ٥; sed tunc quinarius hac figura exprimitur 8: sic ١٠٠ est 100, ١88 155.

Sed ad figuras nostras litterarum revertamur: quarum duplici valori addi videtur posse tertius, quo compendii gratia signa integrarum dictionum sunt, assumpta ut plurimum superne hac ~ figura in mysterii huius indicium, idque accidit vocabuli significandi, si solum sit, litterae primae; ut صٓ pro صَدِيقٌ *iustus*, جٓ pro جَمْعٌ *plurale*, طٓ pro طَرَفٌ *finis*, si cum aliis coniunctum, vel primae, ut كهيعص pro كَافٍ هَادٍ يَدُهُ عَلِيمٌ صَادِقٌ *efficax* (*scilicet est Deus*,) *director fi-*

delium, *manus eius* (*sustentat omnia*,) *sciens* (*omnia*,) *verax* (*in promissis suis*.) vel alii, puta primi vocabuli primae, medii mediae, ultimi ultimae; ut عم pro عَلَيْهِ السَّلَامُ, עה, *super eo sit pax*: آلم pro أَنَا ٱللَّهُ أَعْلَمُ *Ego Deus sum sapientissimus*.

CAPUT SECUNDUM

De divisionibus litterarum.

Dividuntur hae litterae multifariam, ratione scilicet pronuntiationis, roboris, affinitatis, officii, et societatis.

Ratione pronuntiationis: in gutturales, quae nullum certum linguae situm aut labiorum motum requirunt, sed in ipso gutture efformantur, suntque أَحَخَعَغَهَ.

Labiales, quae labiorum opera pronuntiantur, بومف.

Palatinas, quae efferuntur mucrone linguae inferius palatum tangente, et interiori eius parte superius palatum pulsando sonos distinguente, et sunt جيقك.

Dentales, quae proferuntur mucrone linguae tangente superiores dentes, vel inferne ثذظ, vel interne تدطلن.

Linguales, quae proferuntur mucrone linguae superius palatum mobiliter tangendo, suntque رزسشصض. Hae una cum dentalibus solares vocantur, ut reliquae omnes lunares.

Ratione roboris dividuntur litterae in debiles, quae inter pronuntiandum interdum enervantur, sonoque proprio amisso alii inserviunt, أوي; et robustas, quibus id non accidit, quales reliquae omnes.

Ratione affinitatis, in permutabiles, quae facile invicem commutantur, quales eae fere omnes sunt quae eiusdem sunt organi, itemque ض et ظ, et longe frequentissime debiles

أَوِى; et impermutabiles, quae non permutantur invicem, ut pleraeque aliae.

Ratione officii, in radicales, quae radicem ipsam seu primum thema solummodo constituunt, sequentes, ثَحَجَ خَدَذَ زَرَشَ صَضَظَ طَعَغَقَ; et serviles, quae derivatis formandis, et accidentibus radici inducendis non raro inserviunt, quales reliquae. Quin et طك etiam interdum pro ت servili veniunt: sed de his postea.

Ratione societatis, in compatibiles, quae mutuo se in eadem dictione consequi possunt, et incompatibiles, quae coniungi recusant.

Incompatibiles sunt

Gutturales حَعَخَغَ: interdum tamen ه τῷ ع subiungitur.

ب et ق م. At *nun* ante *be* sonum τοῦ *mem* induit, ut iam monui.

ت & ث	ض & ش
ظ ط ض ص س & ث	ظ ط ض & ص
ك ق غ & ج	ظ ظ & ض
ك ق ظ & خ	ك ظ & ط
ذ & د	ق غ & ظ
ظ ط ض ص & ذ	ك ق & غ
ل & ر	ك & ق
ظ ض ص & ز	ل & ن; si لَنّ *nequaquam*, et
ض ص & س	عَلَنَ *manifestavit*, exceperis.

At serviles his inclusas ut radicem constituentes accipio: actu enim cum serviunt, cuilibet litterae adiungi possunt: ut بِفِضَّةٍ *argento*, تُثَبِّتُ *confirmabis*, لِرَبٍّ *domino*, كَقَوْلِكَ *ut si dicas*, &c.

Duae quoque similes initio dictionis quam rarissime concurrunt, nisi prior serviat. Et ن vocali destitutum in medio

dictionis raro ponitur ante litteras لوميز ; ذ autem carens vocali, etsi interdum scribitur ante ت , nunquam tamen pronuntiatur ; qua de re cap. 4.

Reliquae omnes compatibiles sunt, quamvis aliae aliis saepius coniunguntur.

Huius observationis usus est ad ea scripta, quae punctis essentialibus consonantium destituuntur, melius legenda, corrupta restituenda, ambigua determinanda, et denique vocabula arabica a barbaris discernenda.

CAPUT TERTIUM

De vocalibus.

Consonantes ex claustris oris educuntur a vocalibus, quarum tabella haec est.

Nomen.	Figura.	Potestas.
Phatha فَتْحَةٌ	بَ	Nunc *a* purum et clarum, ut in *amabam*; nunc cum *e* mixtum, id est *η* graecum, ut multi id nunc pronunciant.
Dshamma ضَمَّةٌ	بُ	Nunc *u* purum et clarum; nunc cum *o* mixtum, id est *o* obscurum.
Kesre كَسْرَةٌ	بِ	*i* simplex.

Litteram ب singulis adieci, ut una opera situm earum docerem, quo solo prima et ultima discernuntur: utraque enim lineola est, apud orientales quidem a dextra sinistram versus descendens, ut tabula eas exhibet; apud occidentales vero prorsus iacens, hoc modo بَ بِ. Quare interdum perpendiculariter pingatur in hunc modum ', post fiet manifestum.

Valet autem phatha *a* clarum, et dshamma *o* obscurum, cum ponuntur supra ultimas dictionum litteras, aut supra

خَمْخَمَضٌ طَظَغْعَقٌ : ut in sequenti exemplo liquet, خَلَقَ ٱللّٰهُ ٱلْعَالَمَ وَكُلَّمَا فِيهِ وَهُوَ لَا خُلِقَ مِنْ أَحَدٍ, *Chalaka l,laho l,alema wakollama fhi wahua la cholika min ahadin*, id est; *Creavit Deus mundum et quidquid in eo est; ipse autem non est creatus a quoquam*, alias illud nunc *a* clarum, nunc cum *e* mistum, id est *a* Anglorum, *ai* Gallorum, ut in *mate* / *faire*: hoc nunc *u* clarum, nunc cum *o* mixtum, id est *o* obscurum Belgarum et Italorum; ut in *locht*, *dolce*: quod usu discendum: ut إِنْ كَانَ ٱللّٰهُ مَعَنَا مَنْ يَكُونُ عَلَيْنَا *In cana l,laho maana man jecuno alaina. Si Deus est pro nobis, quis erit contra nos?*

Accidit his vocalibus productio et nunnatio.

Productio est soni simplicis roboratio, et quasi duplicatio; ita quidem, ut

Phatha sonet *a* circumflexum seu longum, quomodo nostrates pronunciant *ae*, exempli gratia *maer* / *daer*: vel *a* anglicum productum, seu ᾶ.

Dshamma *u* longum, ut Germani id pronuntiant, id est ȣ Graecorum, *oe* Belgarum, *ou* Gallorum: νȣ͂ς, *boer*, *vous*.

Kesre *i* circumflexum seu longum, *ie* nostrum, ut *niet* / *riet*.

Quod tum iis accidit, cum habent post se litteras أوى vocalibus destitutas.

Phata quidem ا, ut قَار, Κᾶρ.

Dshamma vero و, ut قُور, Κȣ͂ρ.

Kesre autem ى, ut قِير, Κῖρ.

Exuunt enim in tali statu litterae istae potestates suas, (unde vulgo dicuntur quiescere) et naturam vocalium praecedentium induunt, cumque iis in unam longam coalescunt.

Nunnatio est additio soni *nun* ad sonum earum, ita ut sonent *an*, *on*, *in*, sintque syllabae inversae potius quam vocales: quod accidit iis tantum ad extremas nominum lit-

teras; eiusque in scriptura indicium est duplicatio figurae, hoc modo, بّ vel بٌّ, بٌّ, بِّ vel بِّ; quae sonant بَّن, بُّن, بِّن, *ban*, *bon*, *bin*. Unde et *nun*, quod in iis includitur conditionibus illis mutationis subiectum est, quibus ن subiectum esse dictum est capite primo. ً autem nisi ponatur supra ة, aut ء pro ا positum, assumit post se ا, hoc modo بًا, absque ullo soni augmento. Et ٌ compendii gratia non raro sic pingitur ٌ, ٌ, ٌ.

CAPUT QUARTUM

De syllabis, ubi de gjezm et tesdid.

Ex consonantibus et vocalibus consurgunt syllabae, ita ut in pronuntiatione consonae vocales semper praecedant: nulla enim syllaba arabica a vocali inchoatur, aut ea sola constat: suntque purae vel mixtae.

Pura est, quae constat una sola consonante et vocali, eaque vel brevi: ut بَ بُ بِ, velut in نُصِرَ *adiutus fuit*; vel longa, ut بَا بُو بِي, velut in نَاصِرِينَ, نَاصِرُونَ, *iuvantium*, *iuvantes*.

Mixta, quae duabus consonantibus vocali una copulatis, ut بَلْ بُلْ بِلْ (quo pertinent litterae cum vocali nunnata, ut ةً ةٌ ةٍ) ubi vides ultimam litteram hac nota (ْ), quae tamen non raro imperfecte sic (ْ) vel sic (ْ) pingitur, superne insigniri; cuius nomen est جَزْمٌ *gjezmon*, i. e. *resectio*: officium vero indicare eam cui superponitur litteram syllabam mixtam constituere, et cum praecedente vocali copulari. Invenies quidem eam etiam litteris أوى quiescentibus subinde appositam, ut نَاصِرُوْنَ, نَاصِرِيْنَ: sed minus

bene ; ut praeter rationes , quae adferri queant , correctissima alcorani exemplaria , eam istis locis non habentia , abunde confirmant . Sed nec ا in fine dictionis post و quiescens id agnoscit : quia nullum sonum auribus exhibet , ut نَصَرُوا *iuverunt* , non vero نَصَرُوا .

Secunda syllabae mixtae littera compendii causa inter scribendum non exprimitur , cum immediate post se habet aliam sui similem , sed per figuram quandam sequenti appositam commode repraesentatur : cui figurae nomen est تَشْدِيدٌ *tesdid* , i. e. *roboratio* , *duplicatio* ; forma , ista (ّ) ; situs , supra litteram : occidentalibus tamen etiam hac forma (٨) subiicitur ; sicut hac (v) , et has quoque (٨) subinde , superponitur : ut نَزَّلَ , نَزَّلَ ; نَزَّلَ , نَزَّلَ , pro نَزْزَلَ . Duplicat itaque figura ista litteram suam ; ac omnibus omnino consonantibus communis est ; excepto ا , quod ut consonans vocali destitui nequit .

Est autem tesdid duplex : necessarium , et euphonicum .

Necessarium est , quod adscribitur litterae immediate ante se vocalem habenti : ut in exemplis allatis .

Euphonicum vero , cuius littera ante se habet consonam vocali destitutam , quae euphoniae causa in pronuntiatione periens sequenti similem in locum suum substituit .

Estque commune , vel initiale .

Illud est quod supra mediam vel ultimam dictionis litteram ponitur .

Estque deltale , vel lambdale .

Deltale adscribitur litterae ت post د , ut وَجَدتُّ *wagjatto* , *inveni* ; حَمِدتُّمْ *hamattum* , *laudastis* .

Lambdale apponitur litteris solaribus post ل articuli اَلْ ὁ ἡ τὸ nominibus praefixi : ut اَلرَّبُّ *errabbo* , ὁ κύριος ; اَلدِّينِ *eddino* , ἡ κρίσις ; اَللّٰهُ *allaho* , ὁ Θεός : in quo tamen ultimo

littera in prioris locum supposita ab ea non differt. Sic Latini pro *adtollo* dicunt *attollo*, pro *conripio corripio*, pro *conligo colligo*, non pingentes litteram euphonice mutatam: alioqui scriberent *adttollo*, *conrripio*, *colligo*: secus Arabes confusionis evitandae gratia. ل tamen articuli non raro omittitur, cum solaris eam sequens ل quoque est, ad compendium et scripturae elegantiam: ut ٱلَّيْلُ pro ٱللَّيْلُ ἡ νὺξ, ٱلَّهَبُ pro ٱللَّهَبُ, ἡ φλόξ. Quod ob frequentem usum perpetuum est in pronomine relativo ٱلَّذِى, eiusque foeminino ٱلَّتِى, et plurale masc. ٱلَّذِينَ, (nunquam autem in reliquis casibus, quia rariores sunt) scribuntur enim pro ٱلْلَّذِى ٱلْلَّتِى ٱلْلَّذِينَ: et semper quoque accidit cum articulo praefigitur ل dativi casus nota, ne tria *lam* concurrant; ut لِلَّيْلِ *nocti* pro لِلْلَّيْلِ, لِلّٰهِ *Deo*, pro لِلْلّٰهِ.

Initiale est quod supra primam dictionis litteram ponitur, adeoque ultimam praecedentis supplet.

Estque primarium, aut secundarium.

Primarium est, quod apponitur litteris لُوَمِير immediate ante se habentibus *nun* giesmatum: expressum, ut مِنْ رَبِّهِ *mir rábbihi*, *a domino suo*; vel latens in vocali nunnata, ut قَلْبٌ مُطَهَّرٌ *qalbom mutahharron*, *cor mundum*, seu *mundatum*.

Secundarium, quod apponitur cuivis non gutturali immediate positae post sui similem giezm affectam; ut مَنْ يَسْتَغْفِرْ رَبَّهُ *man jastágfir rabbáho*, *qui petit veniam a Domino suo*. Ubi similis pro simili tantum ponitur, adeoque nulla soni mutatio inducitur: unde non video cur id fiat, nisi fortassis ut duae istae voces in unam coalescant. Invenies et interdum tale tesdid post similem vocali affectam, sed minio pictum,

quod notat quaedam exemplaria id non agnoscere ; et, me iudice, bene : nullam enim rationem video cur apponatur.

Caeterum tesdid initiale non in quibusvis codicibus reperitur : sed ex regulis positis facile est noscere ubi subintelligendum sit, si pictum non compareat.

CAPUT QUINTUM

De reliquis notis orthographicis ; ubi de hamza, wesla, et medda.

Hamza.

ء (pro quo Mauri punctum crassum flavo aut viridi colore usurpare solent) *hamza* i. e. *punctio* vocatur, et servus est litterae *elif* mobilis ; eique cum vocali appositum, motum eius indicat actualem, ut أَن, أُن, إِن, ut sine ea, potentialem, id est, ا natura sua radicale et mobile esse, ut يَأْمَنُ *securus est* : unde et nomen eius τῷ ا mobili saepe attribuitur : quin et pro eo usurpatur, idemque in pronuntiatione valet, cum positum in fine dictionis, habet ante se aliquam litterarum اوى ; ut مَآءٌ, سُوٓءٌ, شَىْءٌ, pro مَآأٌ, سُوْأٌ, شَيْأٌ, *aqua*, *malum*, *res* ; aut in medio litteram aliam vocali carentem, ut يَسَلُ pro يَسْأَلُ, *rogabit*, vel aliud ا, ut ءَأَنْذَرَ pro أَأَنْذَرَ, *en terruit* ? Litteris autem و et ى superscriptum indicat eas pro ا sua natura mobili poni : ut يُؤْمِنُ pro يُأْمِنُ, *credet*, إِيزِرْ pro اِأْزِرْ *cinge*.

Wesla.

ٱ *Wesla* vocatur, et soli quoque ا adscribitur, in principio vocum, cum id, vocali sua abiecta, plane otiosum est, quaeque eam sequitur consonans cum praecedentis dictionis

ultima vocali uniri debet: ut قَلْبُ ٱلْمَلِكِ *kalbo-lmaliki*, *cor regis*. Nihil itaque ˜ est aliud, quam unionis illius indicium.

Annotatio.

Unioni autem huic subiectum *elif* initiale est triplex, verbale, nominale, et articulare.

Verbale est duplex; imperii et characteristicum.

Imperii, est quod format imperativum primae coniugationis, ut أُنْصُرْ *onsor*, *iuva*, اِضْرِبْ *idrib*, *verbera*.

Characteristicum, quod initiale est in praeteritis activis, imperativis, et infinitivis coniugationum derivativarum secundae et tertiae classis: ut

اِنْصِرَافًا	اِنْصَرِفْ	اِنْصَرَفَ	*mutatus fuit*, *mutatur mutando*.
اِسْتِطْعَامًا	اِسْتَطْعِمْ	اِسْتَطْعَمَ	*cibum petiit*, *pete cibum*, *petendo cibum*.

Nominale est in his decem nominibus.

اِمْرَأٌ	*vir.*	اِثْنَانِ	*duo.*
اِمْرَأَةٌ	*mulier.*	اِثْنَتَانِ	*duae.*
اِبْنٌ	*filius.*	اِسْمٌ	*nomen.*
اِبْنَةٌ	*filia.*	اِسْتٌ	*nates.*
اِبْنَمٌ	*filius.*	أَيْمُنٌ	*iuramentum.*

Articulare est articuli أَلْ ὁ ἡ τὸ: quo pertinet id, quod est in relativo أَلَّذِي; et casibus eius.

In his omnibus (nisi initio ponantur sententiarum, aut post articulum) ا initiale vocali sua privatur, et quae eam sequitur littera vocali destituta, unitur cum vocali terminan-

te dictionem praecedentem, aut servilis praefixae: ut يَدُ ابْنِكَ *jado-bnica*, *manus filii tui*, بِابْنِكَ *bibnica*, *in filio tuo*.

Si dictio praecedens terminetur consonante, ea adsumit kesram: ut ضَرَبَتِ ٱلْأُمُّ *darabati-lommo*, *verberavit mater*. مَنِ ٱبْنُكَ *Mani-bnuca*, *quis filius tuus?* ubi ضَرَبَتِ est pro ضَرَبَتْ, مَنِ pro مَنْ. Sed terminationes verbales تُمْ et وا, itemque affixa كُمْ et هُمْ, adsumunt damma: ut قَتَلَهُمُ ٱلْعَدُوُّ *katalàhumo-ladouwo*, *occidit eos hostis*, غَزَوُا ٱلْعَدُوَّ *gazawo-ladouwa*, *oppugnarunt hostem*, et مِنْ à fatham: ut مِنَ ٱلْمَلِكِ *mina-lmàliki*, *a Rege*.

Si autem praecedat nunnata, ea ante articulum أَلْ abiicit *nun*: ut بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسِ *Baito-lmukaddaso*, *domus sanctificata*, pro بَيْتٌ. Alibi retinet, et ا unionis licet vocalem suam adscriptam non habeat, in pronuntiatione tamen eam adsumit: ut مَدِينَةٌ ٱفْتُتِحَتْ *madinatòn iftàtahat*, *urbs quae capta est*.

Si praecedat aliqua litterarum اوى quiescens, ea non obstat unioni, ut غَزَا ٱلْمَدِينَةَ *gaza-lmadinata*, *oppugnavit urbem*, يَغْزُو ٱلْمَدِينَةَ *jagzou-lmadinata*, *oppugnabit urbem*, نَصَرُوا ٱلْمَلِكَ *nasarou-lmalica*, *opem tulerunt regi*, أُنْصُرِى ٱلْأَخَ *onsori-lacha*, *adiuva f. fratrem*. Sed affixa ى, *meus*, *mea*, *meum*, et نى *me*, adsumunt fatham super ى: ut كِتَابِىَ ٱلْعَظِيمُ *kitabia-ladimo*, *liber meus magnus*. ضَرَبَنِىَ ٱلْمُعَلِّمُ *darabania-lmuallimo*, *verberavit me praeceptor*.

Observa autem omnia *elif* unionis servilia esse, et omnia naturaliter kesram possidere: praeter imperativum, quod interdum habet damma, et articulare, quod fatham; uti et nominale in solo أَيْمُن.

Nota quoque hanc regulam:

Elif unionis, sequente immediate vocali, excidit: ut مُدّ pro أُمْدُد *extende*.

Medda.

~ Medda vocatur, et apponitur ا quiescenti ante ء, idque producitur: ut سَمَآءٌ *samáon*, *coelum*. Superscribitur tamen quoque notis arithmeticis: et dictionum compendiis, seu litteris integras dictiones repraesentantibus, ut apud Hebraeos signum ׳ hoc.

De accentibus.

Accentus hic nulla est nota: sed quae dictionis syllaba attollenda sit, facile cognoscitur. Nam dissyllaba attollunt penultimam: ut بَيْتٌ *báiton*, *domus*, أُنْصُرْ *ónsor*, *adiuva*. Polysyllaba antepenultimam: ut مَكْتَبٌ *máctabon*, *schola*, يَنْصُرُ *jánsoro*, *adiuvabit*. Nisi penultima producatur per اوي quiescens; tunc enim ea accentum habet: ut إِلَاهٌ *iláhon deus*. غَفُورٌ *gafóuron*, *condonans*: رَحِيمٌ *rahímon*, *misericors*.

LIBRI PRIMI APPENDIX VERE AUREA

SEU CANONES

de litterarum اوى natura et permutatione.

CANONES GENERALES.

I. Litterae أوى frequenter inter se commutantur, sed in principio dictionis; itemque in medio, et fine, post gjezmam, constanter manent.

II. Litterae اوى vocalibus destitutae, post vocales heterogeneas, iis fiunt homogeneae: ut

نوى	pro	نبأى *incile.*
بير		بأر *puteus.*
نار		نور *ignis.*
ميعاد		موعاد *dictus locus*, vel *dictum tempus.*
دار		دير *domus.*
موقن		ميقن *certum reddens.*

Exceptio.

و et ى post fatham non raro manent: et diphthongescunt, adscripta gjezma; aut quiescunt instar ا, sine gjezma: ut

يوم *jaumon, dies.* رميه *ramáho, iecit eum.*

ليل *lailon, nox.* غزوة *gazáton, oppugnatio.*

III. Litterae اوى quiescentes, sequente gjezma, excidunt: ut

يَخَفْ	pro	يَخَافْ	*timeat.*
يَقُمْ		يَقُومْ	*stet.*
يَسِرْ		يَسِيرْ	*eat.*

Annotatio.

Elif unionis non fit quiescens, nec huic regulae subiicitur: ut فَٱنْصُرْ *itaque adiuva.*

CANONES SPECIALES.

Elif.

I. *Elif* in medio dictionis mobile per damma, in و; per kesram, in ى mutatur: ut

أُوَبٌ	pro	أُأَبٌ	*pascua.*
سُئِلَ		سُائِلَ	*rogatus fuit.*

Etiam post *elif* quiescens: ut

قَائِلٌ	pro	قَاءِلٌ	*dicens.*
مَاؤُهُ		مَاءُهُ	*aqua eius.*

II. *Elif* in medio dictionis mobile per fatham, post damma, in و; post kesram, in ى mutatur: ut

دُوَبٌ	pro	دُأَبٌ	*studia.*
فِيَةٌ		فِأَةٌ	*agmen hominum.*

III. *Elif* in fine dictionis, post damma, in و; post kesram, in ى mutatur: ut

دَنُوَ	pro	دَنُأَ	*vilis fuit.*
خَاطِئٌ		خَاطِأٌ	*peccans.*

IV. *Elif* in fine dictionis post fatham, mobile per damma, in و; per kesram, in ى mutatur: ut

تَفْتَوُ pro تَفْتَأُ *desinis*.

سَنَيٍ pro سَنَاٍ *foliorum sennae*.

V. *Elif* quiescens post *elif* fathatum excidit, fatha perpendiculariter picta, vel adscripta medda: ut

أَمَنَ pro آمَنَ pro أَأْمَنَ *credidit*.

VI. *Elif* quiescens, sequente alio *elif* quiescente, in و fathatum mutatur: ut

نَوَاصِرُ pro نَااصِرُ *adjutrices*.

Annotatio I.

و et ى ex *elif* mobili descendentes hamzam perpetuo adscriptam habent, et ى punctis non raro suis tunc destituitur. Mobile autem *elif* et illud est, quod, licet actu vocalem non habeat, radicale tamen est, eamque habere aptum: ut بِئْرٌ.

Annotatio II.

Voculae inseparabiles و ل ف ب أ non censentur *elif* in medium collocare: ut لِأَبٍ *patri*, كَأُمٍّ *instar matris*: nisi in particulis quibusdam: ut أَئِنْ *an si*? لِئَلَّا *ut ne*:

CANONES WAW.

I. و in medio dictionis mobile per fatham, post kesram, interdum in ى mutatur: ut

ثِيَابٌ pro ثِوَابٌ *vestes*.

II. و in medio dictionis, habens post se aliud و quiescens, saepe id expellit:

طَاوُسٌ	pro	طَاوُوسٌ	*pavo*.
رُوسٌ		رُوُوسٌ	*capita*.

III. و finale post fatham nequit moveri, sed abiecta sua vocali, et reiecto ad fatham *nun* vocali, si quod adsit, quiescit, in ا mutata; si sit tertia dictionis littera; aut in ى conversa, si quarta, aut ulterior: ut

غَزَا	pro	غَزَوَ	*oppugnavit*.
عَصًا		عَصَوٌ	*baculus*.
يُغْزَى		يُغْزَوُ	*oppugnatus fuit*.
مُعْطًى		مُعْطَوٌ	*datus*.

IV. و finale post damma, non fert damma, vel kesram; se iis abiectis, quiescit: ut

رَدُو pro رَدُوُ et رَدُوِ *periens*, et *pereuntis*.

Si adsit *nun* vocale, id retrocedit, et و excidit: ut

أَدْلٍ pro أَدْلُوٌ et أَدْلُوٍ *situlae*.

V. و finale post kesram, in ى mutatur: ut

رَضِيَ pro رَضِوَ *gratum habuit*, *σύδόκησε*.

VI. و servile in fine dictionis, ne eam terminet, adsciscit *elif* otiosum: ut

نَصَرُوا	pro	نَصَرُو	*iuverunt*.
رَمَوْا		رَمَوْ	*iecerunt*.

CANONES IE.

I. ى in medio dictionis, mobile per fatham, post damma, interdum in و mutatur: ut

رَمْوَانٌ pro رَمْيَانٌ *proiectio*, *iaculatio*.

II. ى in medio dictionis, habens post se aliud ى quiescens, saepe id expellit: ut

رَيِّسٌ pro رَيِّيسٌ *praefectus*.

III. ى finale post fatham nequit moveri, sed abiecta sua vocali, et reiecto ad fatham *nun* vocali, si quod adsit, instar *elif* quiescit: ut

أُولَى	pro	أُولَى	أُولَيْ	أُولَيُ	*prima*, *ae*, *am*.
فَتًى		فَتَيًا	فَتَيٍ	فَتَيٌ	*vir*, *i*, *um*.

Si aliud ى praecedat, mutatur in ا: ut

هَدَايَا pro هَدَايَيُ *res oblatae*, *munera*.

Excipiuntur يَحْيَى et رَبِّي *nomina propria virorum*.

IV. ى finale post kesram, non fert damma, vel kesram; sed, iis abiectis, quiescit: ut

حَافِي pro حَافِيُ et حَافِيِ *nudipes*, *is*.

Si adsit *nun* vocale, id retrocedit, et ى excidit: ut

رَامٍ pro رَامِيٌ et رَامِيٍ *iaculator*, *is*.

V. ى finale post damma, id in kesram mutat; ipsum non mutatur: ut

تَمَنٍّ	pro	تَمَنُّيٌ	*optatio*.
أَيْدٍ		أَيْدُيٌ	*manus* plur.

Etiam intercedente و: quod in ى vertitur: ut

مَرْمِيٌّ pro مَرْمُويٌ *iactus*.

CANONES WAW ET IE.

I. و et ى mobiles, ante و et ى quiescentes excidunt, vocali sua abiecta, si praecedat fatha; (cum qua quiescens di-

phthongescit,) aut reiecta, in locum praecedentis vocalis, si ea sit damma vel kesra: ut

رَمُوا	pro	رَمِيُوا	*iecerunt.*
تَغْزِينَ		تَغْزُوِينَ	*oppugnaberis faem.*
أُغْزِى		أُغْزُوِى	*tu faemina oppugna.*
غَازُونَ		غَازِوُونَ	*oppugnantes.*
يَرْمُونَ		يَرْمِيُونَ	*iacient.*

II. و et ى mobiles, ante litteram mobilem, post fatham, saepe in *elif* quiescens mutantur: ut

قَامَ	pro	قَوَمَ	*stetit.*
سَارَ		سَيَرَ	*profectus fuit.*

III. و et ى ita concurrentibus, ut prior vocalem non habeat, mutatur و in ى, duoque ى per tesdid coalescunt: ut

أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ *dies* plur.

IV. و et ى finales, post *elif* servile, in hamzam mutantur: ut

رِدَآءٌ	pro	رِدَاىٌ	*pallium.*
سَمَآءٌ		سَمَاوٌ	*coelum.*

Observatio I.

Cum in hisce canonibus, litterae أوى vocali alicui postpositae dicuntur, immediata intelligitur postpositio, non intercedente scilicet gjezma, aut littera quiescente expressa, vel latente in tesdid: ut fit in

سَطْوٌ *insultatio*, سَطْوِّ *insultationis*.

عَدُوٌّ *inimicus*, عَدُوٍّ *inimici*.

إِتْيٌ *perditio*, إِتْيٍ *perditionis*.

رَكِيٌّ *putei*, vel *infirmus*. رَكِيٍّ *puteorum*, vel *infirmi*.

تَحْوِيلٌ *mutatio*. مَرْمِيُّونَ *iacti*, *petiti*. plur.

Observatio II.

Affixa censentur *elif* in medium collocare, non و et ى: ut

مَـآءُ	مَـآوُهُ	non	مَآءُهُ	*aqua eius*.
مَـآءِ	مَـآئِهِ		مَآءِهِ	*aquae eius*.
رَمَى	رَمِيَهُ		رَمَيَهُ	*iecit illum*.
غَزَا	غَزَاهُ		غَزَوَهُ	*oppugnavit eum*.

Finis libri primi.

THOMAE ERPENII GRAMMATICAE ARABICAE LIBER SECUNDUS DE VERBO.

CAPUT PRIMUM

De verbo in genere.

Prima verbi vox seu thema apud Arabes vocatur أَصْلٌ, id est, *radix*; et litterae eius أَصْلِيَّةٌ id est, *radicales*: ad quas quae accedunt ad formationem coniugationis, temporis, personae, numeri, generis, et nominis, quales sunt septem, quas comprehendit vox يَتَسَمَّنُوا *pinguefient*; vel ad consignificationem, quales insuper quatuor, contentae voce بِفُلْكٍ *in navi*, accidentales seu serviles vocantur, ut dictum est cap. 2. lib. 1. Estque radix tertia praeteriti persona singularis masculina: quae paucioribus quam tribus, ut in نَصَرَ *adiuvit*, مَدَّ *extendit*, pluribus quam quatuor, ut in دَحْرَجَ *volvit*, غَرْغَرَ *fefellit*, nequit constare litteris: quarum prima *fe* dicitur, penultima *ain*, et ultima *lam*: quod eum singulae obtineant locum, quem litterae istae in usitato paradigmate فَعَلَ *fecit*.

In verbo autem consideranda sunt sex. 1. qualitas. 2. coniugatio. 3. tempus. 4. numerus. 5. persona. 6. genus.

I. Qualitate aliud est ἀνάλογον seu regulare, quod scilicet regulam communem seu typum coniugationum (qui est verbum فَعَلَ) sequitur; qualia omnia illa sunt quae nec secun-

dam tertiae similem habent, nec aliquam litterarum أوى radicalem: vel ἀνώμαλον seu irregulare, quod ab ea regula recedit, qualia sunt reliqua fere omnia. Illud perfectum, hoc imperfectum vulgo solet appellari.

II. Coniugatio genus significationis activum aut passivum continet. Deducuntur autem trilittera per tredecim coniugationes, denominatas a forma quam in singulis habet paradigma فَعَلَ: in quibus omnibus observanda sunt character et significatio.

Prima nuda et simplex est, omnique charactere destituta: ut

فَعَلَ 1.

Reliquae certis litteris characteristicis affectae, et in tres classes divisae: quarum prima continet formata a radice adiectione unius, secunda duarum, tertia trium litterarum: hoc modo,

III.		II.		I.	
اِسْتَفْعَلَ	10	تَفَعَّلَ	5	فَعَّلَ	2
اِفْعَالَّ	11	تَفَاعَلَ	6	فَاعَلَ	3
اِفْعَوْعَلَ	12	اِنْفَعَلَ	7	أَفْعَلَ	4
اِفْعَوَّلَ	13	اِفْتَعَلَ	8		
		اِفْعَلَّ	9		

Ubi quaecumque litterae accedunt ad فَعَلَ characteris vice funguntur.

Sed observandum est in octava اِفْتَعَلَ, ت epentheticon mutari interdum in ط vel د.

In ط quidem, cum prima radicis est una litterarum صضطظ: ut اِصْطَبَغَ *intingi*, pro اِصْتَبَغَ; اِضْطَرَمَ *accendi*, pro اِضْتَرَمَ; اِطَّبَعَ *imprimi*, pro اِطْتَبَعَ; اِظَّلَمَ, *iniuria affici*, pro

اطّتلم, ubi ط insuper in ظ mutatur, et cum priori per tesdid coalescit.

In د vero, cum prima radicis est una litterarum ذ د ز : ut pro ادترأ dicitur ادّرأ *propelli*, pro اذتكر *recordari*, اذّكر, ut ذ radicale etiam in د mutetur, et cum sequenti contrahatur; vel ادّكر, ut e contrario posterior priori assimiletur; vel اذدكر utraque salva manente: pro ازتلق, ازدلق *prolabi*; et د interdum in ز conversa ازّلق.

At ipsum illud ت mutat primam radicis in sui similem cum qua per tesdid unitur, cum ea est ا, ث, و, aut ى: ut اتّخذ *incipere*, pro ااتخذ; اتّبت *firmari*, pro اثتبت: اتّجر *transfigi*, pro اوتجر; اتّسر *ludere aleis*, pro ايتسر: si autem sit ت, absque ulla mutatione cum illo coalescit.

In prima autem coniugatione verba significationem habent simplicem et activam, quam a prima sua origine possident; eamque vel transitivam, ut كتب *scripsit*; vel intransitivam, ut حزن *tristatus est*: in reliquis vero intentam, seu auctam, vel alio modo mutatam: etsi et in plerisque earum primitivam significationem obtinere possint, maxime ea quae in prima coniugatione sunt inusitata.

Secunda autem فعّل, et quarta أفعل, ex absolutis formant transitiva; ut حزّن et أحزن *contristavit*: ex transitivis transitiva in secundum; ut ضرّب et أضرب *verberare fecit*.

Tertia فاعل significat actionem in id a quo similis actio recipitur: بطرس ضارب بولس *Petrus verberavit Paulum*; sed ita, ut a Paulo reverberatus fuerit, adeoque mutuo se verberaverint, at Petrus tamen prior Paulum. Et sic neu-

tra ; ut بُطْرُسُ قَاعَدَ بُولُسَ *Petrus sedet cum Paulo, considet illi*.

Sexta تَفَاعَلَ cooperationem et mutuam actionem, ut Latinorum composita per *con* et Graecorum per *σὺν*: ut تَضَارَبَ *alter alterum verberavit*; تَلَاعَبَ غِلْمَانٌ *colluserunt pueri*: تَصَارَعَ بُطْرُسُ وَبُولُسُ *Petrus et Paulus colluctati sunt*.

Quinta تَفَعَّلَ, septima اِنْفَعَلَ, et octava اِفْتَعَلَ formant absoluta et passiva: quinta quidem et septima a secunda, ut عَلَّمْتُهُ وَهُوَ تَعَلَّمَ *docui eum et ipse doctus fuit*, seu *didicit*. كَسَّرْتُ ٱلْإِنَاءَ فَٱنْكَسَرَ *fregi vas et fractum est*, id est, sivit se frangi nec restitit actioni meae, octava vero a prima, ut قَصَرْتُ ذٰلِكَ فَٱقْتَصَرَ *abbreviavi hoc et abbreviatum est*.

Nona اِفْعَلَّ et undecima اِفْعَالَّ formant absoluta colorum cum intensione: mediocri quidem prior, vehementiori vero posterior; ut اِصْفَرَّ *valde flavus fuit*, اِصْفَارَّ *multo flavissimus fuit*: et deformitatum verba; ut اِضْجَمَّ et اِضْجَامَّ *ore distorto fuit*.

Decima اِسْتَفْعَلَ petitionem designat: ut اِسْتَغْفَرَ *veniam delicti petiit*, a غَفَرَ *remisit*, اِسْتَطْعَمَ *cibum petiit*, a طَعِمَ *gustavit*, *edit*.

Duae ultimae, quae rarissimae sunt, significationem intendunt, ut اِخْشَوْشَنَ *valde asper fuit*, a خَشُنَ *asper fuit*, اِعْلَوَّطَ *fortiter adhaesit*, ab عَلِطَ *adhaesit*.

Non raro tamen coniugationes derivativae, maxime quar-

ta, quinta, octava, et decima aliter accipiuntur, quod usu discendum, et ex dictionariis: sicut et in quibus coniugationibus quodque verbum usitatum sit: non enim quaelibet radix in qualibet coniugatione occurrit: multae, ut apud Hebraeos, in una solum coniugatione usurpantur; multae in pluribus; nulla in omnibus.

Quadrilittera autem quatuor solum agnoscunt coniugationes, quarum prima primae, secunda quintae, tertia septimae, quarta nonae trilitterorum respondet: suntque huiusmodi,

3	إِفْعَنْلَلَ	1	فَعْلَلَ
4	إِفْعَلَلَّ	2	تَفَعْلَلَ

ut دَرْبَجَ *inclinavit caput*, تَرَهْوَكَ *superbivit*, إِحْرَنْجَمَ *tumultuatus fuit*, إِقْشَعَرَّ *horripilavit*.

Ad tertiam إِفْعَنْلَلَ malo cum nonnullis Arabum grammaticis reducere إِقْعَنْسَسَ *pectus egrediens habuit* et إِسْلَنْقَى *pronus cubavit*, quam cum aliis eorum causa particulares trilitterorum constituere coniugationes.

Est autem cuiusque coniugationis forma duplex, activa et passiva; quarum eadem ratio quae in lingua hebraea et aliis: unde verba intransitiva cuiuscumque tandem sint coniugationis convenienter naturae suae passivam non agnoscunt.

III. In coniugatione quinque sunt partes, quae tempora et modi vulgo dicuntur, praeteritum, 2. futurum, 3. imperativus, 4. participium, 5. infinitivus.

In quibus omnibus tria consideranda sunt. 1. significatio, 2. litterae serviles, 3. vocales litterarum radicalium.

1. Significationem quod attinet,

Praeteritum respondet nostro praeterito perfecto indicativi modi: ut سَقَطَ *cecidit*, مَاتَ *e vita excessit*.

Sed verbum substantivum كَانَ *fuit*, itemque particu-

lae لَوْ *si*, اِنْ *si*, اِذَا *cum*, ei praepositae hanc significationem solent immutare.

Praeteritum enim eiusdem verbi كَانَ importat ei significationem praeteriti plusquam perfecti indicativi: ut كَانَ ضَرَبَ *verberaverat*, quasi dicas, *fuit verberavit*; sic كَانُوا قَالُوا *dixerant*; كَانَ قَدْ أَمْسَكَ *iam prehenderat*, etc.

لَوْ *si* id vertit in optativi praesens vel praeteritum perfectum; et quod sequitur praeteritum, eodem tempore exponendum est, habetque لَ in capite praefixum: ut لَوْ عَلِمْتُ هٰذَا لَنَصَحْتُكَ *si scirem hoc monerem te*, vel *si scivissem hoc, monuissem te*. Sed si secunda enuntiationis pars neganda est, usurpatur futurum cum لَمْ (quod id in praet. vertit; ut post dicetur) nec لَ ullum adsciscitur: ut لَوْ كُنْتَ هَاهُنَا لَمْ يَمُتْ أَخِي *si fuisses hic, non mortuus esset frater meus*.

اِنْ *si* id vertit in subiunctivi futurum, cum aliud praeteritum (aut huius loco futurum conversum) ei subiungitur; quo casu secundum vertendum est per futurum indicativi: ut اِنْ قُلْتُمْ لِي قُلْتُ لَكُمْ *si dicatis mihi, dicam vobis*; اِنْ مَا قُلْتُمْ لِي لَمْ أَقُلْ لَكُمْ *si non dicatis mihi, non dicam vobis*. Puto tamen hac etiam forma efferri praeteritum conditionatum: *si dixistis mihi, dixi vobis*; *si non dixistis mihi non dixi vobis*. Vel in subiunctivi aut indicativi praesens, si aliud praeteritum non subiungitur: ut اِنْ كُنْتَ ابْنَ اللّٰهِ فَقُلْ *si es filius Dei, dic*, etc.

اِذَا et اِذْ *cum* id saepe vertit in subiunctivi futuro-praeteritum, seu futurum in *ro*: ut اِذَا كَتَبْتَ ذٰلِكَ أَحْمَدُكَ *Ubi scripseris illud, laudabo te*.

Venit et aliis quibusdam casibus iam memoratorum temporum et modorum loco; quin et interdum pro praesente, praeterito imperfecto, et futuro indicativi: quae usus docebit; et ego alibi, ubi fusius de significatione et usu temporum disseram, prolixum enim ea res exigit sermonem, quem hic inserere molestum esset.

2. Futurum, indicativi nostri praesens et futurum complectitur; quomodo autem exponendum sit, contextus ut plurimum indicat: restringitur tamen non raro ad futurum nostrum, praefixa littera سَ, aut praemissa vocula سَوْفَ, vel huius loco سَوْ, سَيْ, سَفْ; ut يَنْصُرُ *adiuvat* vel *adiuvabit*; at سَيَنْصُرُ et سَوْفَ يَنْصُرُ vel سَوْ يَنْصُرُ etc. *adiuvabit*, tantum. Sic cum particula negativa لَنْ *nequaquam* futurum quoque significat: ut لَنْ يَنْصُرَ *nequaquam iuvabit*: et ut plurimum etiam cum لَا *non*; ut لَا يَضْرِبُ *non verberabit*: sicuti cum مَا *non* frequentius praesens; ut مَا أَعْلَمُ *non scio*; cum لَيْسَ *utrumque*.

At praemisso لَمْ *non*, et لَمَّا *nondum*, praeteriti notionem induit: ut لَمْ يَضْرِبْ *non verberavit*, لَمَّا يَخْرُجْ *nondum egressus est*.

Praeposito autem praeterito verbi substantivi, exprimit imperfectum indicativi: ut كَانَ يَجْلِسُ *sedebat*, nisi praecedat لَوْ; tunc enim optativi praesentis loco venit, ut et quod ei respondet futurum, cui verbum substantivum لَ praefixum habens praeponitur: ut لَوْ كُنْتَ تَعْرِفُهُ لَكُنْتَ تُحِبُّهُ *si nosceres eum, amares eum*.

Cum particula أَنْ *ut*, et aliis idem significantibus, per subiunctivum exponitur: ut أُرِيدُ أَنْ تَكْتُبَ *volo ut scribas*.

III. Imperativus respondet nostro imperativo : sed usurpatur solum in praeceptis affirmativis, deprecationibus, et hortationibus : nam praecepta negativa, deprecationes, et dehortationes per fut. praeposito لَا *ne* concipiuntur : ut اِضْرِبْ *verbera*, لَا تَضْرِبْ *ne verbera*.

Participium nostro respondet : ut ضَارِبٌ *verberans*, مَضْرُوبٌ *verberatus*. At quia omissione temporis saepe fit nomen, futurum non raro pro eo usurpatur.

Infinitivus non aequipollet nostro, sed Hebraeorum absoluto : adiungitur enim solum verbo suo significationis augendae gratia; et per gerundium in *do* verti utcunque potest, ut قَتَلَهُ قَتْلًا הָרוֹג הֲרָגוֹ *occidendo occidit eum*.

Litterae autem serviles, et vocales radicalium manifestae fient in paradigmate.

IV. Numeri in tempore (excepto infinitivo) tres sunt : singularis, dualis, pluralis.

V. In numero tres personae; quarum tertia secundam praecedit, secunda primam: sed haec ultima dualis destituitur.

VI. In persona duplex genus, masculinum et faemininum, quorum quodque suam habet terminationem : sed in singulari et plurali, prima; in duali, secunda communis est generis.

CAPUT SECUNDUM

De prima trilitteri coniugatione.

Primam trilitteri coniugationem reliquae per omnia fere sequuntur : quocirca paradigma eius perfectum distincte hic proponam; deinde quatenus quadrilittera, et derivativae coniugationes, item verba imperfecta ab eo discedant, paucis ostendam. Paradigma nobis esto نَصَرَ *adiuvit* : cuius forma activa est huiusmodi.

Praeteritum.

pluralis.		dualis.		singularis.		num.
faem.	com. masc.	faem.	com. masc.	faem.	com. masc.	genus.
نَصَرْنَ	نَصَرُوا	نَصَرَتَا	نَصَرَا	نَصَرَتْ	نَصَرَ	3. persona.
نَصَرْتُنَّ	نَصَرْتُمْ		نَصَرْتُمَا	نَصَرْتِ	نَصَرْتَ	3.
	نَصَرْنَا				نَصَرْتُ	1.

Futurum.

pluralis.		dualis.		singularis.		
faem.	com. masc.	faem.	com. masc.	faem.	com. masc.	
يَنْصُرْنَ	يَنْصُرُونَ	تَنْصُرَانِ	يَنْصُرَانِ	تَنْصُرُ	يَنْصُرُ	3
تَنْصُرْنَ	تَنْصُرُونَ		تَنْصُرَانِ	تَنْصُرِينَ	تَنْصُرُ	2
	نَنْصُرُ				أَنْصُرُ	1

Imperativus.

pluralis.		dualis.	singularis.		
faem.	masc.	com.	faem.	masc.	
أُنْصُرْنَ	أُنْصُرُوا	أُنْصُرَا	أُنْصُرِي	أُنْصُرْ	2.

Participium.

pluralis.		dualis.		singularis.	
faem.	masc.	faem	masc.	faem.	masc.
نَاصِرَاتٌ	نَاصِرُونَ	نَاصِرَتَانِ	نَاصِرَانِ	نَاصِرَةٌ	نَاصِرٌ

Infinitivus.

نَصْرًا

De praeterito.

Prima et ultima radicis perpetuo fatha habent : media saepissime quoque fatha, significatione vel intransitiva, ut قَعَدَ *sedit*, vel transitiva, ut ضَرَبَ *verberavit*; rarius kesre, significatione quoque vel intransitiva, ut فَرِحَ *gavisus est*, vel transitiva, ut عَلِمَ *scivit*; rarissime damma, significatione tantum intransitiva, ut حَسُنَ *bonus fuit*. Ac primae quidem duae vocales inter flectendum constanter manent, ultima excidit ; ut in pradigmate, in quo serviles, quae in fine ad formationem numerorum, personarum et generum assumuntur, satis sunt manifestae.

De futuro.

Futurum formatur adscitis litteris أَتَيْن in principio, et يُونَا in fine, eodem fere modo quo apud Hebraeos servientibus : *elif* enim أَتَيْن format primam singularem, ut *nun* pluralem : *te* secundam ubique personam, et tertiam quoque faemininam in singulari et duali. *Ie* tertiam masculinam ; et faemininam quoque in plurali. In fine autem *nun* solum, plurale faemininum format ; ut cum و masculinum ; cum ا autem duale, et cum *ie* singul. faem. secundae personae. Habent autem litterae أَتَيْن perpetuo fatha, et prima radicalis giezma : at secunda, si habet in praeterito damma, id hic retinet : ut قَبُحَ *turpis fuit*, يَقْبُحُ. Si kesre, id in phatha mutat ; ut فَرِحَ *gavisus est*, يَفْرَحُ ; sed in نَعِمَ *iucundus fuit*, حَسِبَ *putavit*, يَئِسَ *desperavit*, يَبِسَ *aruit*, et secundum doctissimos grammaticos etiam in فَضِلَ *excelluit*,

قنط *desperavit*, et عرض *recessit*, kesre non raro manet, diciturque. ينعم et ينعم, يحسب et يحسب etc. reperies quoque ينعم et يفضل cum dsham; sed ea sunt a praeteritis نعم et فضل. Si autem secunda radicis in praeterito phata habeat, id hic mutatur in damma: ut كتب *scripsit*, يكتب, vel in kesre: ut ضرب *verberavit*, يضرب; nisi ipsa aut tertia radicis sit gutturalis; tunc enim etsi saepe quoque mutetur, ut نبح *latravit*, ينبح; دخل *intravit*, يدخل; non raro tamen manet, ut شغل *laboravit*, يشغل; منح *donavit*, يمنح. Sic quoque a ركن *associatus fuit*, sine gutturali, est يركن (quamquam quidam volunt etiam ركن in praeterito dici) et ab ابى *noluit*, يابى: sed hoc imperfectum est.

Ultima radicalis habet dsham, quod accedentibus litteris يونا cadit, ut patet in paradigmate. Sed naturalis ista futuri terminatio variatur interdum apocope, antithesi, et paragoge.

Apocope tollit damma finale, et *nun* يونا, praeter id quod format faeminina pluralis: ut haec sit futuri forma, prorsus hebraica:

plural.	dual.	singular.
ينصروا ينصرن	ينصرا تنصرا	ينصر تنصر
تنصروا تنصرن	تنصرا	تنصر تنصري
ننصر		أنصر

Ubi vides in plurali masculino abiecto ن assumi ا otiosum, secundum sextum canonem و.

Accidit autem futuro haec apocope ob influentiam parti-

cularium quarundam ei praepositarum, scilicet لم *non*, لمّا *nondum*, لا *ne*, et ل imperativum: ut لم يضرب *non verberavit*, لمّا يدخل *nondum ingressus est*, لا تذهب *ne abi*, ليكشف *detegat*. Item إن *si*, ما *id quod quidquid*, من *quicunque*, أي idem, مهما *quotiescunque*, كيفما (et apud nonnullos etiam كيف) *quomodocunque*, أنى *ubicunque*, أين idem, حيثما idem, متى *quum*, إذ ما idem, أيان idem, et in carmine quoque إذا, idem. Sed ea lege, ut aliud verbum in eodem orationis contextu tanquam retributive illis respondeat: ut si dicas: *quidquid facies faciam*, aut *feci*, *quocunque ibis, ibo*, *quicunque me amabit*, *amabo illum*. Ac tum, si utrumque futurum est, in utrumque influunt: ut إن تخرج أخرج معك, *si egrediaris egrediar tecum*, متى يجلس أجلس معه *quum sedebit sedebo cum illo*, si prius tantum, in illud: *ut* ما تصنع صنعت *quidquid facies feci*: si posterius, liber est influxus: ut si dicas; ما صنعت أصنع vel أصنع *quidquid fecisti faciam*.

Accidit quoque haec apocope, cum praecedit imperativus, cui futurum respondet: ut أنصرني أنصرك *adiuva me, adiuvabo te* id est, *si adiuves me, adiuvabo te*.

Antithesin similiter inducunt influentiae particularum quarundam, quae damma tertiae radicalis in fatha mutant, et *nun* نون quoque tollunt: ut haec sit futuri forma,

plur.	dual.	sing.
ينصروا ينصرن	ينصرا تنصرا	ينصر تنصر
تنصروا تنصرن	تنصرا	تنصر تنصري
ننصر		أنصر

Particulae autem, quae hanc mutationem causant, sunt لَنْ *nequaquam* : ut لَنْ يَضْرِبَ *nequaquam verberabit*, لَنْ يَضْرِبُوا *nequaquam verberabunt*.

لِ *Ut*, Coniunctio : *e. g.* جِيتُ لِأَنْصُرَ *veni ut adiuvem*.

أَنْ idem : ut أُحِبُّ أَنْ تَنْصُرَ *cupio ut adiuves*. Cum autem significat *quod*, nihil mutat : ut أَعْلَمُ أَنْ يَنْصُرُ *scio quod adiuvabit* : nisi praecedat verbum opinandi ; qualia sunt ظَنَّ , حَسِبَ , زَعَمَ , *etc.* tunc enim antithesin inducit, sed libere : ut أَحْسَبُ أَنْ يَنْصُرَ et أَنْ يَنْصُرُ , *puto quod iuvabit*.

كَيْ idem : ut جَآءَ كَيْ يَضْرِبَكَ *venit ut verberet te*. Sic horum composita, لِكَيْ , لِأَنْ et كَيْلَا لِكَيْلَا *ut*, أَلَّا , لِئَلَّا *ne*.

إِذَنْ (quidam إِذًا scribunt) responsionis et retributionis particula, *bene*, *age*, cum ponitur initio sententiae et immediate (vel intercedente solum iuramento, vocatione, aut negatione,) ante futurum rem futuram significante : ut si quis dicenti ; أَلْتَجِي إِلَيْكَ *confugiam ad te*, respondeat, إِذَنْ أَنْصُرَكَ *bene, iuvabo te* ; vel إِذَنْ وَٱللّٰهِ أَنْصُرَكَ *bene, per Deum, iuvabo te*, vel إِذَنْ يَا حَبِيبِي أَنْصُرَكَ *bene, amice mi, iuvabo te*, vel إِذَنْ لَا أَنْصُرَكَ *bene, non iuvabo te*. Si quid aliud intercedit, non influit : ut إِذَنْ أَنَا أَنْصُرُكَ *bene, ego iuvabo te*. Ut nec si futurum pro praesenti ponitur, nec si initio sententiae non collocetur : ut يَا حَبِيبِي إِذَنْ أَنْصُرُكَ *o amice mi, bene, iuvabo te*. Si tamen solum وَ vel فَ copulativum ei praefigitur, libere influit : ut

وَإِذَنْ أَنْصُرَكَ *et bene*, (*et bien* Gall.) *adiuvabo te*, et وَإِذَنْ أَنْصُرُكَ ; quanquam hoc rarius.

حَتَّى, cum significat *ut*: e. g. جَاءَ حَتَّى يَنْصُرَكَ *venit ut adiuvet te*, vel *donec*: أَسِيرُ حَتَّى تَغِيبَ ٱلشَّمْسُ *ibo donec occidat sol*.

أَوْ eadem significatione: *ut* أَرْغَبُ ٱللَّهَ أَوْ يَغْفِرَ لِي *rogabo Deum ut parcat mihi*, et أَنْتَظِرُهُ أَوْ يَخْرُجَ *expectabo eum donec egrediatur*.

فَ, cum praefigitur futuro, quod dependet a praecedente enuntiationis parte, includente imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem; adeoque causalis potius quam copulativa coniunctio est: ut أَنْصُرْنِي فَأَنْصُرَكَ *adiuva me, et* (vel *equidem*) *adiuuabo te*; لَا تَضْرِبْ بُطْرُسَ فَيَغْضَبَ *ne verbera Petrum et irascetur*, id est, *ne irascatur*, أَيْنَ بَيْتُكَ فَأَزُورَكَ *ubi est domus tua? et invisam te*, id est, *ut invisam te*.

وَ, cum futuro praepositum, iungit illud cum praecedente enuntiationis parte, includente similiter imperium, petitionem, optationem, interrogationem, aut negationem, significatque *et simul*: ut هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ *an pisces edes simulq; lac bibes?* لَا تَأْكُلِ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ *ne comede pisces et simul bibe lac*, alio sensu acceptum nihil mutat; ut هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبُ ٱللَّبَنَ *an comedes pisces, et bibes lac?* Idem de praecedentibus particulis habendum.

Paragoge adiicit futuro *nun* phathatum cum tesdid; hoc modo.

plural.		dual.		sing.	
يَنْصُرْنَانِّ	يَنْصُرُنَّ	تَنْصُرَانِّ	يَنْصُرَانِّ	تَنْصُرَنَّ	يَنْصُرَنَّ
تَنْصُرْنَانِّ	تَنْصُرُنَّ		تَنْصُرَانِّ	تَنْصُرِنَّ	تَنْصُرَنَّ
	نَنْصُرَنَّ				أَنْصُرَنَّ

aut giezmatum sine tesdid: sed in singulari solum, ac plurali masculino et communi; in hunc modum,

plur.	sing.	
يَنْصُرُنْ	تَنْصُرَنْ	يَنْصُرَنْ
تَنْصُرُنْ	تَنْصُرِنْ	تَنْصُرَنْ
نَنْصُرَنْ		أَنْصُرَنْ

Illud *nun* paragogicum grave, hoc leve vocatur.

Vides autem, ut ante *nun* damma tertiae radicalis in phatha mutetur; itemque و et ى serviles in fine excidant; et in plurali faemini ا inseratur, ne tria *nun* concurrant.

Adhibetur autem fere solum haec utraq; paragoge, cum futurum rem futura quodammodo petit ut sit interrogando, imperando, vel optando: ut هَلْ تَنْصُرَنَّ et هَلْ تَنْصُرَنْ *an adiuvabis?* لِيَنْصُرَنَّ et لِيَنْصُرَنْ *adiuvet*: لَا تَنْصُرَنَّ et لَا تَنْصُرَنْ *ne adiuva*, لَيْتَ يَنْصُرَنَّ et لَيْتَ يَنْصُرَنْ *utinam adiuvet*, etc. Et cum praecedit iuramentum: ut وَٱللّٰهِ يَنْصُرَنَّ *per Deum, iuvabit.*

De imperativo.

Imperativus formatur praeposito *elif* unionis cum kesra: ut إِعْلَمْ *scito*, إِضْرِبْ *verbera*, nisi penultimae vocalis, quae talis semper est qualis in futuro, sit damma: tunc enim et

elif damma habet, ut أُنْصُرْ *iuva*. Prima radicis giezma possidet; ut et ultima, quamdiu augmenti vocalem nullam recipit. Exciditque interdum ا imperativum post و et ف. Formationi autem generum et numerorum hic inserviunt litterae يونا, ut in futuro; cuius *nun* paragogicum hic locum quoque habet: sic,

plural.		dual.	singul.	
أُنْصُرْنَانِّ	أُنْصُرْنَ	أُنْصُرَانِّ	أُنْصُرُنَّ	أُنْصُرَنَّ

et sine tesdid.

أُنْصُرْنَ		أُنْصُرُنْ	أُنْصُرَنْ

Secundam autem personam tantum agnoscit imperativus: reliquae per futurum giezmatum exprimuntur, praefixo لِ cum kesra: ut لِيَنْصُرْ *adiuvet*, لِنَنْصُرْ *adiuvemus*; quod et secundae interdum contingit, ut لِتَنْصُرْ *adiuva*. Sed excidit kesra τῷ لِ, cum praefigitur و vel ف; ut فَلْيَنْصُرْ et وَلْيَنْصُرْ *adiuvet*: quin et tum لِ etiam interdum omittitur, sed influit tamen.

Prohibitiones quoque per futurum, praeposita giezmante particula لَا *ne* concipi, iam supra dictum est.

De participio.

Huius prima radicalis habet fatha, in quo *elif* quiescit; secunda kesra; ultima damma nunnatum, ut in nominibus, quorum more etiam faemininum et numeros format.

De infinitivo.

Verborum transitivorum infinitivus regularis est نَصْرًا, ut ضَرَبَ ضَرْبًا *verberando verberavit*, فَهِمَ فَهْمًا *intelligendo intellexit*: intransitivorum autem, si media radicalis in praeterito

habet fatha, نُصُورًا ; ut قَعَدَ قُعُودًا *sedit*: si damma, نَصُورَةً ; ut سَهُلَ سُهُولَةً *facilis fuit*: vel نَصَارَةً, ut جَزُلَ جَزَالَةً *abundavit*; si kesra, نَصَرًا; ut فَرِحَ فَرَحًا *gavisus est*. Sed innumera excipiuntur, quae aliter infinitivum formant: adduntque grammatici hisce quinque formis alias 28; ut 33 sint in universum; nempe,

1 نَصْرًا	9 نِصَارًا	17 نَصْرَى	25 نَصِيرًا
2 نُصْرًا	10 نَصْرَةً	18 نُصْرَى	26 نَصَرًا
3 نِصْرًا	11 نُصْرَةً	19 نِصْرَى	27 نَصَرَةً
4 نَصَرًا	12 نِصْرَةً	20 نَصْرَانًا	28 نُصُورًا
5 نُصُرًا	13 نَصَرَةً	21 نُصْرَانًا	29 نُصُورَةً
6 نِصَرًا	14 نَصَارَةً	22 نِصْرَانًا	30 مَنْصَرًا
7 نَصَارًا	15 نُصَارَةً	23 نَصَرَانًا	31 مَنْصَرَةً
8 نُصَارًا	16 نِصَارَةً	24 نَصُورًا	32 مَنْصِرًا
			33 مَنْصِرَةً

Paradigma passivi.

Praeteritum.

plur.	dual.	sing.
نُصِرُوا نُصِرْنَ	نُصِرَا نُصِرَتَا	3 نُصِرَ نُصِرَتْ
نُصِرْتُمْ نُصِرْتُنَّ	نُصِرْتُمَا	2 نُصِرْتَ نُصِرْتِ
نُصِرْنَا		نُصِرْتُ

Futurum.

pluralis.		dualis.		singularis.		
faem.	com.masc.	faem.	com.masc.	faem.	com.masc.	
يَنْصُرْنَ	يَنْصُرُونَ	تَنْصُرَانِ	يَنْصُرَانِ	تَنْصُرُ	يَنْصُرُ	3
تَنْصُرْنَ	تَنْصُرُونَ		تَنْصُرَانِ	تَنْصُرِينَ	تَنْصُرُ	2
	نَنْصُرُ				أَنْصُرُ	1

Participium.

pluralis.		dualis.		singularis.	
faem.	masc.	faem.	masc.	faem.	masc.
مَنْصُورَاتٌ	مَنْصُورُونَ	مَنْصُورَتَانِ	مَنْصُورَانِ	مَنْصُورَةٌ	مَنْصُورٌ

Praeteritum et futurum vocalibus tantum ab activis differunt: habetque praeteriti prima perpetuo damma, et secunda kesre. Futuri اتين similiter damma, et secunda radicis fatha. In reliquis cum activo conveniunt. Participium initio assumit م cum fatha, et و quiescens post damma ante ultimam.

Sunt et participia quaedam formae نَصِيرٌ et نَصُورٌ: quae nunc activa sunt; nunc passiva.

Imperativus hic nullus est; sed pro eo venit futurum cum ل imperativo giezmante: ut لِيُنْصَرْ *adiuvetur*, لِتُنْصَرْ *adiuvare*, لِنُنْصَرْ *adiuvemur*.

CAPUT TERTIUM.

De quadrilitteris et coniugationibus derivativis primae classis.

Quadrilittera, et verba derivativa primae classis eodem fere modo flectuntur; et in eo solum a praecedenti differunt, quod,

1. Penultima radicalis in activi praeterito perpetuo fatha, in futuro vero kesra habet: اتين autem non minus in activo quam in passivo damma afficiuntur: ut دَحْرَجَ *volvit* يُدَحْرِجُ, كَسَّرَ *fregit* يُكَسِّرُ; دُحْرِجَ *volutus est* يُدَحْرَجُ, فُرِّحَ *exhilaratus fuit* يُفَرَّحُ.

2. Imperativus formatur a futuro, sola abiectione أَتين, et ultimae vocalis; ut دَحْرِجْ *volve*, كَسِّرْ *frange*.

3. Participium utrumque a suo formatur futuro, م pro أتين posito, et nunnata vocali ultima; ut مُدَحْرِجٌ *volvens*, مُكَسِّرٌ *frangens*: et in passivo مُدَحْرَجٌ *volutus*, مُفَرَّحٌ *exhilaratus*.

4. Infinitivos habent speciales; دَحْرَجَ دِحْرَاجًا scilicet et دَحْرَجَةً.

فَعَّلَ, تَفْعِيلًا; et interdum quoque تَفْعَالًا, تَفْعِلَةً,

فِعَّالًا vel فِعَالًا, فُعَالًا

فَاعَلَ, مُفَاعَلَةً et فِعَالًا, vel فِيعَالًا.

أَفْعَلَ, إِفْعَالًا, raro فَعَالًا aut فَعَالَةً.

5. أَفْعَلَ accedentibus أتين abiicit ا, secundum regulam: (ا initiale formans verba derivativa, characteristica temporis praefixa, cum sua vocali abiicitur.) ut يُنْصِرُ pro يُأَنْصِرُ, ab أَنْصَرَ: unde in imperativo, ubi أتين recedunt, *elif* cum vocali sua redit, ut أَنْصِرْ; ubi non est putandum formare imperativum, et unionis esse.

6. فَاعَلَ mutat ا in و in praeterito passivo: ut نُوصِرَ pro نَاصَرَ; iuxta secundum canonem generalem.

Quae omnia initialibus paradigmatis vocibus breviter hoc modo visum est proponere.

Activum.

infin.	part.	imp.	fut.	praet.
فَعْلَالًا	مُفَعْلِلٌ	فَعْلِلْ	يُفَعْلِلُ	فَعْلَلَ
تَفْعِيلًا	مُفَعِّلٌ	فَعِّلْ	يُفَعِّلُ	2 فَعَّلَ
مُفَاعَلَةً	مُفَاعِلٌ	فَاعِلْ	يُفَاعِلُ	3 فَاعَلَ
اِفْعَالًا	مُفْعِلٌ	أَفْعِلْ	يُفْعِلُ	4 أَفْعَلَ

Passivum.

part.	fut.	praet.
مُفَعْلَلٌ	يُفَعْلَلُ	فُعْلِلَ
مُفَعَّلٌ	يُفَعَّلُ	2 فُعِّلَ
مُفَاعَلٌ	يُفَاعَلُ	3 فُوعِلَ
مُفْعَلٌ	يُفْعَلُ	4 أُفْعِلَ

CAPUT QUARTUM

De reliquis derivativis.

In reliquis coniugationibus derivativis activi praeteriti penultima semper quoque fatha habet.

Futurum autem fit a praeterito, praefixis أَتَيْنَ cum fatha; *elif* initiali, si quod sit, cadente, secundum regulam abiectio-

nis: et fatha ultimo in regulare damma mutato; penultimo autem in kesra, praeterquam in تَفَعَّلَ, et تَفَاعَلَ, quae id retinent: ut اِجْتَمَعَ *congregatus est*, يَجْتَمِعُ; اِسْتَعْمَلَ *usurpavit*, يَسْتَعْمِلُ; تَكَسَّرَ *fractus fuit*, يَتَكَسَّرُ; تَبَاعَدَ *recessit*, يَتَبَاعَدُ.

Ac formae istae duae a ت inchoatae id compendii causa interdum abiiciunt, cum ت أَتَيْنَ praefigitur: ut تَكَسَّرُ pro تَتَكَسَّرُ, تَبَاعَدُ pro تَتَبَاعَدُ: quae ne arbitreris esse futura a فَعَّلَ et فَاعَلَ, facile impedient vocales; nam eorum futura activa, sunt يُفَعِّلُ et يُفَاعِلُ; passiva; يُفَعَّلُ et يُفَاعَلُ.

Imperativus fit sicut in quadrilitteris; ut يَتَكَسَّرُ *frangetur*, تَكَسَّرْ *frangitor*: ا abiecto, si quod est, redeunte, sed cum kesra; ut يَسْتَعْمِلُ *usurpabit*, اِسْتَعْمِلْ *usurpa*.

Participium assumit م cum damma, et penultimam vocalem kesra perpetuo habet: ut مُسْتَعْمِلٌ *usurpans*, مُتَبَاعِدٌ *recedens*.

Infinitivus autem cuiusque coniugationis, mox patebit.

Passivum nona et undecima non agnoscunt: reliquae formant praeteritum ab activo, primis duabus vocalibus in damma mutatis, et penultima in kesra, ut تُفُعِّلَ a تَفَعَّلَ: et futurum quoque a futuro activo, fatha litterarum أَتَيْنَ in damma, et kesra penultimo in fatha converso; ut يَسْتَفْعِلُ يُسْتَفْعَلُ.

Participium autem a futuro fit, م pro أَتَيْنَ posito: ut مُسْتَفْعَلٌ.

Itaque huiusque est paradigma:

Activum.

infin.	part.	imp.	fut.	praet.	
تَفَعُّلٌ	مُتَفَعِّلٌ	تَفَعَّلْ	يَتَفَعَّلُ	تَفَعَّلَ	5
تَفَاعُلٌ	مُتَفَاعِلٌ	تَفَاعَلْ	يَتَفَاعَلُ	تَفَاعَلَ	6
اِنْفِعَالٌ	مُنْفَعِلٌ	اِنْفَعِلْ	يَنْفَعِلُ	اِنْفَعَلَ	7
اِفْتِعَالٌ	مُفْتَعِلٌ	اِفْتَعِلْ	يَفْتَعِلُ	اِفْتَعَلَ	8
اِفْعِلَالٌ	مُفْعَلٌّ	اِفْعَلِلْ	يَفْعَلُّ	اِفْعَلَّ	9
اِسْتِفْعَالٌ	مُسْتَفْعِلٌ	اِسْتَفْعِلْ	يَسْتَفْعِلُ	اِسْتَفْعَلَ	10
اِفْعِيلَالٌ	مُفْعَالٌّ	اِفْعَالِلْ	يَفْعَالُّ	اِفْعَالَّ	11
اِفْعِيعَالٌ	مُفْعَوْعِلٌ	اِفْعَوْعِلْ	يَفْعَوْعِلُ	اِفْعَوْعَلَ	12
اِفْعِوَّالٌ	مُفْعَوِّلٌ	اِفْعَوِّلْ	يَفْعَوِّلُ	اِفْعَوَّلَ	13

Passivum.

part.	fut.	praet.	
مُتَفَعَّلٌ	يُتَفَعَّلُ	تُفُعِّلَ	5
مُتَفَاعَلٌ	يُتَفَاعَلُ	تُفُوعِلَ	6
مُنْفَعَلٌ	يُنْفَعَلُ	أُنْفُعِلَ	7
مُفْتَعَلٌ	يُفْتَعَلُ	أُفْتُعِلَ	8
مُسْتَفْعَلٌ	يُسْتَفْعَلُ	أُسْتُفْعِلَ	10
مُفْعَوْعَلٌ	يُفْعَوْعَلُ	أُفْعُوعِلَ	12
مُفْعَوَّلٌ	يُفْعَوَّلُ	أُفْعُوِّلَ	13

Et sic quoque quadrilittera.

Activum.

infin.	part.	imp.	fut.	praet.
تَفَعْلُلٌ	مُتَفَعْلِلٌ	تَفَعْلَلْ	يَتَفَعْلَلُ	تَفَعْلَلَ
اِفْعِنْلَالٌ	مُفْعَنْلِلٌ	اِفْعَنْلِلْ	يَفْعَنْلِلُ	اِفْعَنْلَلَ
اِفْعِلَّالٌ	مُفْعَلِلٌّ	اِفْعَلِلَّ	يَفْعَلِلُّ	اِفْعَلَلَّ

Passivum.

مُتَفَعْلَلٌ	يُتَفَعْلَلُ	تُفُعْلِلَ
مُفْعَنْلَلٌ	يُفْعَنْلَلُ	أُفْعُنْلِلَ
مُفْعَلَلٌّ	يُفْعَلَلُّ	أُفْعُلِلَّ

CAPUT QUINTUM.

De verbo surdo, seu geminante secundam radicalem.

Hactenus, de verbo perfecto: imperfectum est triplex: surdum, hamzatum, et quiescens.

Surdum est quod ultimam radicalem penultimae similem habet, quarum prior posteriori vocalem habenti per tesdid inseritur, propria vocali vel abiecta, si praecedens vocalem habeat, ut مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*, مُدَّ pro مُدِدَ *extensus est*; vel in praecedentem reiecta, si ea giezma habeat, ut يَمُدُّ pro يَمْدُدُ *extendet*, يُمَدُّ pro يُمْدَدُ *extendetur*. Dixi posteriori vocalem habenti: nam cum ea giezma habet nequit fieri contractio, ut مَدَدْتَ *extendisti*. Itaque huiusmodi est eius coniugatio.

Praeteritum.

plural.	dual.	singul.
مَدَدْنَ مَدُّوا	مَدَّتَا ، مَدَّا	مَدَّتْ ، مَدَّ
مَدَدْتُنَّ ، مَدَدْتُمْ	مَدَدْتُمَا	مَدَدْتِ مَدَدْتَ
مَدَدْنَا		مَدَدْتُ

Futurum.

plural.	dual.	singul.
يَمْدُدْنَ يَمُدُّونَ	تَمُدَّانِ يَمُدَّانِ	تَمُدُّ يَمُدُّ
تَمْدُدْنَ تَمُدُّونَ	تَمُدَّانِ	تَمُدِّينَ تَمُدُّ
نَمُدُّ		أَمُدُّ

Imperativus.

plur.	dual.	sing.
أُمْدُدْنَ أُمْدُدُوا	أُمْدُدَا	أُمْدُدِي أُمْدُدْ

Participium.

plural.	dual.	sing.
مَادَّاتٌ مَادُّونَ	مَادَّتَانِ مَادَّانِ	مَادَّةٌ مَادٌّ

Infinitivus.

مَدًّا

De Praeterito.

Similis ratio est eorum, quorum media radicalis habet damma vel kesra, ut مَسَّ *tetigit* pro مَسِسَ, مَسِسْتَ *tetigisti*, etc.

De futuro.

Sic cum penultima radicalis habet fatha vel kesra, ut يعضّ *mordebit*, pro يعضض, يفرّ *fugiet* pro يفرر. Si particula giezmans seu apocopen inducens praeponitur, ultimaque radicis giezma recipit, omnia regularia sunt: ut لم يمدد *non extendit*, لم يعضض *non momordit*, لم يفرر *non fugit*: vel, ut contractio fieri possit, loco giezmae inducitur fatha vel kesra, ut لم يعضّ, لم يفرّ, لم يمدّ vel لم يعضّ etc. Interdum etiam manet damma, cum penultima radicalis damma quoque habet: ut لم يمدّ.

De imperativo.

Imperativus ut vides, regulariter flectitur, sed et (excepto plur. faem.) non raro contractionem patitur, hoc modo:

plural.	dual.	sing.
امددن مدّوا	مدّا	مدّي مدّ

Ubi ا imperativum omittitur secundum regulam: *elif* imperativum non praefigitur litterae vocalem habenti. In singul. masc. tertia, quo tesdid recipere possit, accipit fatha ut مدّ vel kesra; ut مدّ *extende*.

De participio et infinitivo.

Participium et infinitivus perpetuo contrahuntur, eo modo, quo in paradigmate.

Similis est ratio passivi ut

Praeteritum.

	dual.		sing.	
&c.	مَدَّتَا	مَدَّا	مَدَّتْ	مَدَّ
		مَدَدْتُمَا	مَدَدْتِ	مَدَدْتَ
			مَدَدْتُ	

Futurum.

	dual.		sing.	
&c.	تَمُدَّانِ	يَمُدَّانِ	تَمُدُّ	يَمُدُّ
		تَمُدَّانِ	تَمُدِّينَ	تَمُدُّ
			أَمُدُّ	

Participium.

	dual.		sing.	
&c.	مَمْدُودَتَانِ	مَمْدُودَانِ	مَمْدُودَةٌ	مَمْدُودٌ

مَدَّ est pro مَدَدَ : abiiciturque kesra, quia littera praecedens habet vocalem. يَمُدُّ autem pro يَمْدُدُ retrocedente fatha, quia praecedit giezma. Participium regulare est, ob و illud quiescens insertum.

Derivativarum coniugationum eadem est ratio: ut

Activum.

Praeteritum.			Futurum.		
أَمَدَّ	pro	أَمْدَدَ	يُمِدُّ	pro	يُمْدِدُ
اِنْمَدَّ	pro	اِنْمَدَدَ	يَنْمَدُّ	pro	يَنْمَدِدُ
اِسْتَمَدَّ	pro	اِسْتَمْدَدَ	يَسْتَمِدُّ	pro	يَسْتَمْدِدُ

et sic caeterae, exceptis iis quae tesdid habent: eae enim perfecte flectuntur; (quia unum tesdid duas compensare litteras nequit, aut una littera duo sustinere tesdid: ut

	تمددت تمدد	مددت مدد
&c.	تمددت تمددن	مددت مددن
	تمددت	مددت

Observatio I.

Observandum autem est verba perfecta trilittera nonae et undecimae coniugationis, et quadrilittera quartae, id est, quae ultimam radicis afficiunt tesdid, eandem hanc rationem sequi: dicitur enim

in praeterito.			in futuro.		
اصفر	pro	اصفرر	يصفر	pro	يصفرر
اصفار	pro	اصفارر	يصفار	pro	يصفارر
اقمطر		اقمطرر	يقمطر		يقمطرر

unde cum secunda germinatorum requirit giezma, separatim utraque scribitur, ut اصفررت اصفررت , اقمطررت اقمطررت :
et sic in futuro giezmato, et imperativo: ubi tamen et contractio adhiberi potest fatata vel kesrata vocali ultima, quemadmodum in surdis, hoc modo.

Futurum giezmatum.

يصفرر		يصفر		يصفر
يصفارر	&	يصفار	&	يصفار
يقمطرر		يقمطر		يقمطر.

Imperativus.

اصْفُورِرْ		اصْفَرِّ		اصْفَرَّ
اصْفَارِرْ	&	اصْفَارِّ	&	اصْفَارَّ
اقْمَطْرِرْ		اقْمَطْرِّ		اقْمَطْرَّ

Ubi vides, in nona et undecima penultimam futuri kesra quoque habere; etsi id in contractione excidit, quia littera antecedens vocalem possidet.

Observatio II.

Verba terminata litteris ن et ت hic quoque, ut apud Hebraeos, illas, cum giezma habent ante ن vel ت servile, sequenti inserunt, secundum canonem de secunda syllabae mixtae littera, ut زَيَّنَّا *ornavimus* pro زَيَّنْنَا, سَكَتَّ *tacuisti* pro سَكَتْتَ. Sed non videntur propterea imperfectis annumeranda esse: sicut nec quae a ن vel ت inchoantur, quod ن et ت characteristicae coniugationum in iis delitescant; ut اِنَّقَبَ *perfossus est*, pro اِنْنَقَبَ; اِتَّجَرَ *negotiatus est*, pro اِتْتَجَرَ. Vide caput primum huius libri.

CAPUT SEXTUM.

De verbo hamzato.

Verbum hamzatum est cuius radicalium aliqua est hamza, seu *elif* mobile: ut أَثَّرَ *maluit*, سَأَلَ *interrogavit*, هَنَأَ *concoxit*: flectiturque eodem modo quo verbum perfectum, observatis solum canonibus de *elif*.

Itaque huiusmodi est flexio hamzati *phe* sive prima radicali.

Activum.

Praet. أَثَرَ, regulariter. Fut. يَأْثُرُ, regulariter.

Imp. اِيثُرْ pro اِأْثُرْ, iuxta can. 2. generalem.

Part. آثِرٌ pro أَاثِرٌ, iuxta can. 5. *elif.*

Inf. أَثْرًا, regulariter.

Cum ا imperativum damma habet, mutatur hamza in و, iuxta can. secund. generalem: ut اُومُلْ pro اُؤْمُلْ: sed أَخَذَ *accepit*, أَكَلَ *comedit*, أَمَرَ *praecepit*, abiiciunt hamza cum ا imperativo habentque خُذْ *accipe*, كُلْ *ede et* مُرْ *iube*: reperias tamen etiam, quanquam rarissime, اُوكُلْ, ac اُومُرْ, et ab hoc, cum و copulativo وَأْمُرْ, sic فَأْمُرْ; excidente ا imperativo et redeunte radicali.

Passivum.

Praet. أُثِرَ, regulariter.

Fut. يُوثَرُ pro يُأْثَرُ, iuxta can. sec. de ا quiescente.

Part. مَأْثُورٌ, regulariter.

Sic in secunda coniugatione.

يُوثَرُ	pro	يُأْثَرُ	instar	يُنْصَرُ	iuxta canon. 2. elif.
مُوثَرٌ		مُأْثَرٌ		مُنْصَرٌ	
يُوثِرُ		يُأْثِرُ		يُنْصِرُ	
مُوثِرٌ		مُأْثِرٌ		مُنْصِرٌ	
يُوَاثِرُ		يُأَاثِرُ		يُنَاصِرُ	

مُوَاثِرٌ	pro	مُأَاثِرٌ	instar	مُنَاصِرٌ	iuxta canon. 2. *elif.*
يُوَاثِرُ		يُأَاثِرُ		يُنَاصِرُ	
مُوَاثَرٌ		مُأَاثَرٌ		مُنَاصَرٌ	
مُوَاثَرَةٌ		مُأَاثَرَةٌ		مُنَاصَرَةٌ	

In tertia et quarta,
آثَرَ آثَرَ vel أَاثَرَ , pro أَأْثَرَ et أَاْثَرَ , instar نَاصَرَ et أَنْصَرَ , iuxta canon. 5. *elif.*

يُوثِرُ	pro	يُأْثِرُ	instar	يُنْصِرُ	iuxta secundum canon. 2. gener.
مُوثِرٌ		مُأْثِرٌ		مُنْصِرٌ	
يُوثَرُ		يُأْثَرُ		يُنْصَرُ	
مُوثَرٌ		مُأْثَرٌ		مُنْصَرٌ	
اِيثَارًا		اِأْثَارًا		اِنْصَارًا	

Ita et in caeteris coniugationibus hamza ob damma, kesra, aut aliud hamza mutatur, aut excidit, secundum canones memoratos: reliqua omnia perfecta sunt.

Hamzata aut *ain* et *lam* eandem quoque rationem sequuntur: ut,

سَايَلَ	pro	سَاأَلَ	iuxta canon. 1. *elif.*
سِيلَ		سُأِلَ	
هَانَى	pro	هَانَأَ	iuxta canon. 3. *elif.*
هُنِىَ		هُنِأَ	

Sed observandum est, hamzata *ain* interdum etiam, etsi rarius, coniugari more quiescentium; ita ut hamza vocali sua

abiecta, vel ad litteram praecedentem giezma habentem reiecta, quiescat: ut سَالَ pro سَأَلَ, يَسَالُ pro يَسْأَلُ : سَلْ pro اِسْأَلْ, ubi utrumque *elif* excidit: radicale quidem, secundum tertium canonem generalem; imperativum vero, secundum canonem imperii.

CAPUT SEPTIMUM.

De verbo quiescente *phe* و et ى.

Verba quiescentia sunt, quae radicalem aliquam habent و vel ى; sive prima ea sit, ut وَجَدَ *invenit*, يَسَرَ *alea lusit*; sive secunda, ut قَوَلَ *dixit*, سَيَرَ *ivit*; sive ultima, ut رَمَى *iecit*, غَزَوَ *oppugnavit*.

Quiescentia *phe*, hoc est, quae primam radicalem و vel ى habent, similia proprie Arabibus dicuntur. Quiescentia و exiguam habent anomaliam; quae in eo potissimum consistit, quod و excidit in futuro activo primae coniugationis, cum penultima eius littera habet kesra (quod hic plerisque etiam illis verbis contingit, quorum secunda radicalis in praeterito kesra habet:) ut,

وَعَدَ *assignavit.*		يَعِدُ		يَوْعِدُ	
وَرِثَ *haereditavit.*	fut.	يَرِثُ	pro	يَوْرِثُ	ut يَضْرِبُ
وَمِقَ *amavit.*		يَمِقُ		يَوْمِقُ	

Quod etiam imperativo tunc accidit: ut عِدْ pro اِوْعِدْ, مِقْ pro اِوْمِقْ: et infinitivo, cum est formae فِعْلَةٌ: ut عِدَةٌ pro وِعْدَةٌ, مِقَةٌ pro وِمْقَةٌ: si vero alius formae est, regulariter formatur; ut وَعْدًا, instar نَصْرًا.

Cum autem penultima rad. in futuro kesra non habet, regulare est; ut وَجَهَ *tendit* يَوْجَهُ; وَجِلَ *timuit* يَوْجَلُ (quidam tamen tunc euphoniae causa و in ا mutant, dicuntque يَاجَلُ; alii in ى mobile, يَيْجَلُ; alii in ى quiescens post kesra, quod ponitur loco fatha litterarum اتين, يِيجَلُ): sic et imperativus, ut أَوْجَهْ; at si ا habet kesra, و mutatur in ى secundum canon. 2. gen. ut إِيْجَلْ pro إِوْجَلْ instar إِعْلَمْ.

Sed وَطِئَ pro وَطِأَ *subiecit*, وَسِعَ *amplus fuit*, وَقَعَ *cecidit*, وَدَعَ *sivit*, وَهَبَ *donavit*, et وَضَعَ *posuit*; etsi forment futurum cum fatha ad penultimam; و tamen, non secus ac si penultimam kesra haberet, abiiciunt: quia fatha illud habent pro kesra, ob ultimam vel penultimam gutturalem, diciturque, يَطَأُ, يَسَعُ, يَقَعُ etc. et in imp. طَأْ, سَعْ, قَعْ, etc.

Sic et sine gutturali يَذَرُ *sinit*, ab insinuato in praeterito et participio وَذَرَ.

Quiescentia autem *phe* ى, mutant illud in و, cum giezma habet post damma, iuxta canon. 2. generalem: ut أَيْسَرَ *dives fuit*, habet in Futuro يُوسِرُ pro يُيْسِرُ, instar يُنْصِرُ: et in participio مُوسِرٌ pro مُيْسِرٌ, ut مُنْصِرٌ.

In reliquis omnibus utraque perfecta sunt; nisi quod in coniugatione octava افْتَعَلَ, و et ى in ت mutant, idque ت characteristico per tesdid inserunt; uti dictum est huius libri cap. primo, ut

اتّعد	pro	اوتعد	اتّسر	pro	ايتسر
يتّعد	pro	يوتعد	يتّسر	pro	ييتسر
متّعد	pro	موتعد	متّسر	pro	ميتسر
اتّعادا	pro	اوتعادا	اتّسارا	pro	ايتسارا

Manent tamen interdum, et accommodant sese vocali praecedenti; cui, si non sunt, fiunt homogeneae, ut

ايتعد	pro	اوتعد	ايتسر		
ياتعد	pro	يوتعد	ياتسر	pro	ييتسر
موتعد			موتسر	pro	ميتسر
ايتعادا	pro	اوتعادا	ايتسارا		

CAPUT OCTAVUM

De quiescente *ain*.

Quiescentia *ain* ab arabibus vacantur concava: suntque ea quae habent mediam radicalem و vel ى; quae in litterae prima, quarta, septima, octava et decima coniugatione aut excidunt, aut vocali sua amissa quiescunt; unde maximam in iis haec verba habent irregularitatem.

Paradigmata primae coniugationis sunt huiusmodi:

Concavum و.

Praeteritum.

plural.		dual.		singul.		
قُلْنَ	قَالُوا	قَالَتَا	قَالَا	قَالَتْ	قَالَ	3
قُلْتُنَّ	قُلْتُمْ		قُلْتُمَا	قُلْتِ	قُلْتَ	2
	قُلْنَا				قُلْتُ	1

Futurum.

plural.		dual.		singular.		
يَقُلْنَ	يَقُولُونَ	تَقُولَانِ	يَقُولَانِ	تَقُولُ	يَقُولُ	3
تَقُلْنَ	تَقُولُونَ		تَقُولَانِ	تَقُولِينَ	تَقُولُ	2
	نَقُولُ				أَقُولُ	1

Imperativus.

plural.		dual.	sing.	
قُلْنَ	قُولُوا	قُولَا	قُولِي	قُلْ

Participium.

plural.	dual.	singul.
قَائِلُونَ	قَائِلَانِ	قَائِلٌ
قَائِلَاتٌ	قَائِلَتَانِ	قَائِلَةٌ

Infinitivus.

قَوْلًا.

Concavum ى.

Praeteritum.

pluralis.		dualis.		singularis.		
faem.	com. masc.	faem.	com. masc.	faem.	com. masc.	
سِرْنَ	سَارُوا	سَارَتَا	سَارَا	سَارَتْ	سَارَ	3
سِرْتُنَّ	سِرْتُمْ		سِرْتُمَا	سِرْتِ	سِرْتَ	2
	سِرْنَا				سِرْتُ	1

Futurum.

plural.		dual.		singul.		
faem.	com. masc.	faem.	com. masc.	faem.	com. masc.	
يَسِرْنَ	يَسِيرُونَ	تَسِيرَانِ	يَسِيرَانِ	تَسِيرُ	يَسِيرُ	3
تَسِرْنَ	تَسِيرُونَ		تَسِيرَانِ	تَسِيرِينَ	تَسِيرُ	2
	نَسِيرُ				أَسِيرُ	1

Imperativus.

plur.		dual.	singul.	
faem.	masc.	com.	faem.	masc.
سِرْنَ	سِيرُوا	سِيرَا	سِيرِي	سِرْ

Participium.

سَايِرٌ سَايِرَةٌ سَايِرَانِ سَايِرَتَانِ سَايِرُونَ سَايِرَاتٌ

Infinitivus.

سَيْرًا

De Praeterito.

In tertiis personis (excepta plurali faem.) و et ى vocali sua abiecta mutantur in ا quiescens post fatha primae radicalis, ut sint pro

قَوُلُوا	قَوُلَتَا	قَوُلَا	قَوُلَتْ	قَوُلَ
سَيَرُوا	سَيَرَتَا	سَيَرَا	سَيَرَتْ	سَيَرَ

et sic quoque cum media habet kesra vel damma; ut خَافَ *timuit* pro خَوِفَ, طَالَ *longus fuit*, pro طَوُلَ, هَابَ *pavit* pro هَيِبَ.

In reliquis ipsae excidentes (iuxta canonem tertium general.) vocalem suam ad litteram praecedentem, cuius vocalis perit, reiiciunt, immutatam quidem si est kesra vel damma, ut

&c.	خِفْتُ	خِفْتِ	خِفْتَ		خَوِفْتُ	خَوِفْتِ	خَوِفْتَ
&c.	طُلْتُ	طُلْتِ	طُلْتَ	pro	طَوُلْتُ	طَوُلْتِ	طَوُلْتَ
&c.	هِبْتُ	هِبْتِ	هِبْتَ		هَيِبْتُ	هَيِبْتِ	هَيِبْتَ

at mutatam, si est fatha, in damma quidem cum quiescens est و, ut

&c. قُلْتُ قُلْتِ قُلْتَ pro قَوَلْتُ قَوَلْتِ قَوَلْتَ

in kesra vero cum est ى, ut

&c. سِرْتُ سِرْتِ سِرْتَ pro سَيَرْتُ سَيَرْتِ سَيَرْتَ

Itaque prima radicalis concavorum ى in istis personis kesra perpetuo habet: nam formam فَعُلَ inveniri in iis non puto: at in concavis و, damma, a formis فَعَلَ et فَعُلَ; vel kesra a فَعِلَ.

De futuro.

Penultima radicis si in praeterito fatha habet, id hic quiescentia و in damma, quiescentia ى in kesra mutant, ut يَقُولُ; يَسِيرُ, si kesra, in fatha, ut يَخَافُ, يَهَابُ; si damma, id regulariter manet, ut يَطُولُ. Reiicitur autem ea vocalis ad primam radicalem, ut secunda in ea quiescat: quod fit absque ulla mutatione, si sit damma vel kesra; at conversione quiescentis in ا, si fatha; ut in exemplis allatis; ponuntur enim pro يَقْوُلُ, يَسْيِرُ, يَخْوَفُ, يَهْيَبُ, et يَطْوُلُ. At in plurali faem. ob giezma litterae sequentis (iuxta can. 3. general.)

quiescens excidit, diciturque يَخَفْنَ ، يَسِرْنَ ، يَقُلْنَ pro يَقُولْنَ ، يَسِيرْنَ ، يَخَافْنَ ، quod et eadem de causa in apocope iis personis accidit, quarum tertia radicalis giezma recipit: ut

نَقُلْ	أَقُلْ	تَقُلْ	يَقُلْ	لم
نَسِرْ	أَسِرْ	تَسِرْ	يَسِرْ	
نَخَفْ	أَخَفْ	تَخَفْ	يَخَفْ	

De imperativo.

Elif hic non praefigitur ob canonem imperii; accipit enim prima vocalem secundae, quae quiescit expressa; praeterquam in singulari masculino et plurali faem. ubi excidit ob giezma tertiae radicalis. Unde in singul. mascul. cum ن paragogico, quod tertiae dat fatha, redit: ut قُولَنَّ *dic*, سِيرَنَّ *vende*, خَافَنَّ *time*.

De participio.

Hic secunda ob *elif* quiescens, quod primae post ponitur, cogitur ad motum (duae enim quiescentes concurrere nequeunt) a quo abhorrens in locum suum substituit hamza seu *elif* mobile; quod secundum canonem primum *elif* in ء mutatur: itaque قَايِلٌ est pro قَاءِلٌ, et hoc pro قَاوِلٌ; سَايِرٌ pro سَاءِرٌ, et hoc pro سَايِرٌ.

De infinitivo.

Infinitivus regularis est.

Passivum concavi و.

Praeteritum.

plural.	dual.	sing.
قِيلُوا قُلْنَ	قِيلَا قِيلَتَا	قِيلَ قِيلَتْ
قُلْتُمْ قُلْتُنَّ	قُلْتُمَا	قُلْتَ قُلْتِ
قُلْنَا		قُلْتُ

Futurum.

plural.	dual.	sing.
يُقَالُونَ يُقَلْنَ	يُقَالَانِ تُقَالَانِ	يُقَالُ تُقَالُ
تُقَالُونَ تُقَلْنَ	تُقَالَانِ	تُقَالُ تُقَالِينَ
نُقَالُ		أُقَالُ

Participium.

مَقُولٌ مَقُولَةٌ مَقُولَانِ مَقُولَتَانِ مَقُولُونَ مَقُولَاتٌ

Passivum concavi ى.

plural.	dual.	sing.
سِيرُوا سِرْنَ	سِيرَا سِيرَتَا	سِيرَ سِيرَتْ
سِرْتُمْ سِرْتُنَّ	سِرْتُمَا	سِرْتَ سِرْتِ
سِرْنَا		سِرْتُ

Futurum.

plural.	dual.	sing.
يُسَارُونَ يُسَرْنَ	يُسَارَانِ تُسَارَانِ	يُسَارُ تُسَارُ
تُسَارُونَ تُسَرْنَ	تُسَارَانِ	تُسَارُ تُسَارِينَ
نُسَارُ		أُسَارُ

Participium.

plural.		dual.		sing.	
مُسِيرَاتٌ	مُسِيرُونَ	مُسِيرَتَانِ	مُسِيرَانِ	مُسِيرَةٌ	مُسِيرٌ

De praeterito.

Kesra mediae radicalis reiicitur ad primam, cuius vocalis perit; ut pro سَيَرَ sit سِيرَ, et pro قُوِلَ, قِيلَ *waw* in *ie* mutato, iuxta can. 2. generalem. Secundae et primae personae concavorum *ie* coincidunt cum activo, sed sensu orationis facile distinguuntur.

De futuro.

Fatha mediae radicalis ad primam retrocedente, و et ى mutantur in ا quiescens, iuxta can. 2. gen. quo ا regulariter in plur. faem. excidit: est itaque يُقَالُ pro يُقْوَلُ, يُسَارُ pro يُسْيَرُ.

De participio.

Damma secundae radicalis ad primam reiecto, و participiale (etsi quidam malunt radicale) excidit; quia duae litterae simul in una vocali nequeunt quiescere: estque مَقُولٌ pro مَقْوُولٌ: et ى quiescens non accommodat se more solito vocali praecedenti damma; sed contra, discriminis ergo, eam sibi accommodat, vertitque in kesra, ut dicatur مَسِيرٌ, non مَسُورٌ, pro مَسْيُورٌ.

Reperies tamen etiam apud auctores probatos, maxime apud poetas, participia haec regulariter formata, potissimum in concavis ى; مَصْوُونٌ *custoditus*, مَخْيُوطٌ *consutus*, مَكْيُولٌ *mensuratus*.

Similis est ratio coniugationum quartae, septimae, octavae, et decimae: in his enim و et ى moveri quoque nolunt,

sed abiecta vocali sua vel ad praecedentem reiecta quiescunt, expressae ante vocalem, abiectae ante giezma, hoc modo:

Activa.

infin.	part.	imp.	fut.	praet.	
اِقَالَةٌ	مُقِيلٌ	أَقِلْ	يُقِيلُ	أَقَالَ	4
اِسَارَةٌ	مُسِيرٌ	أَسِرْ	يُسِيرُ	أَسَارَ	
اِنْقِيَالًا	مُنْقَالٌ	اِنْقَلْ	يَنْقَالُ	اِنْقَالَ	7
اِنْسِيَارًا	مُنْسَارٌ	اِنْسَرْ	يَنْسَارُ	اِنْسَارَ	
اِقْتِيَالًا	مُقْتَالٌ	اِقْتَلْ	يَقْتَالُ	اِقْتَالَ	8
اِسْتِيَارًا	مُسْتَارٌ	اِسْتَرْ	يَسْتَارُ	اِسْتَارَ	
اِسْتِقَالَةٌ	مُسْتَقِيلٌ	اِسْتَقِلْ	يَسْتَقِيلُ	اِسْتَقَالَ	10
اِسْتِسَارَةٌ	مُسْتَسِيرٌ	اِسْتَسِرْ	يَسْتَسِيرُ	اِسْتَسَارَ	

Passiva.

مُسَارٌ	يُسَارُ	أُسِيرَ	مُقَالٌ	يُقَالُ	أُقِيلَ	4
مُنْسَارٌ	يُنْسَارُ	أُنْسِيرَ	مُنْقَالٌ	يُنْقَالُ	أُنْقِيلَ	7
مُسْتَارٌ	يُسْتَارُ	أُسْتِيرَ	مُقْتَالٌ	يُقْتَالُ	أُقْتِيلَ	8
مُسْتَسَارٌ	يُسْتَسَارُ	أُسْتُسِيرَ	مُسْتَقَالٌ	يُسْتَقَالُ	أُسْتُقِيلَ	10

Vides hic non differre concava و a concavis ى: et participia quoque passiva septimae et octavae coniugat. coincidere cum activis: sed usus et circumstantia textus ea discernunt. In infinitivis quartae et decimae coniugationis و et ى fatha suo ad praecedentem giezmatam reiecto, in *elif* quiescens mutan-

tur ; post quod ا illud quiescens quod ad formationem infinitivi ultimae praeponitur in اِنْصَارًا et اِسْتِنْصَارًا , excidit , ob causam in participio allatam ; sed ad compensationem eius ة in fine accedit , diciturque اِقَالَةً pro اِقْوَالًا , اِسْتِقَالَةً pro اِسْتِقْوَالًا .
Septimae et octavae coniugationis infinitivi mediam regulariter movent ; sed concava و eam insuper in ى mutant , ut patet in paradigmate .

Reliquae coniugationes perfectae inflectuntur ; ut

قَوَّلَ يُقَوِّلُ قَوِّلْ مُقَوِّلٌ تَقْوِيلًا
قَاوَلَ يُقَاوِلُ قَاوِلْ مُقَاوِلٌ مُقَاوَلَةً
سَيَّرَ يُسَيِّرُ سَيِّرْ مُسَيِّرٌ تَسْيِيرًا
سَايَرَ يُسَايِرُ سَايِرْ مُسَايِرٌ مُسَايَرَةً

et sic quoque تَقَوَّلَ , تَقَاوَلَ , اِسْوَدَّ , اِبْيَضَّ , et caet.

Quin et verba quaedam mediam و vel ى habentia in primis illis coniugationibus regulariter etiam inflecti reperies : ut

عَوِرَ يَعْوَرُ اَعْوَرْ عَاوِرٌ *monoculus fuit* .
صَيِدَ يَصْيَدُ اَصْيَدْ صَايِدٌ *venatus est* .

et sic quoque اَعْوَرَ اِنْعَوَرَ اِعْتَوَرَ اِسْتَعْوَرَ
اَصْيَدَ اِنْصَيَدَ اِصْطَيَدَ اِسْتَصْيَدَ .

quaedam etiam in prima coniugatione imperfecta esse ; in quarta vero , modo perfecta , modo imperfecta : ut ,

رَاحَ *quievit* .	in افعل habet	اَرْوَحَ et اَرَاحَ
غَامَ *exhalavit* .		اَغْيَمَ et اَغَامَ

Sic concava و in decima coniug. saepissime perfecte etiam

coniugantur : ut اسْتَجَابَ et اسْتَجْوَبَ *exaudivit*, اسْتَصَابَ et اسْتَصْوَبَ *approbavit*, quin non nemo grammaticorum id perpetuo ait liberum esse ; quod non probo .

CAPUT NONUM.

De verbo quiescente ل.

Quiescentia ل, hoc est, quae ultimam radicalem habent و vel ى defectiva proprie vocantur ab Arabum grammaticis ; et hoc modo flectuntur in prima coniugatione.

Activum defectivi و.

Praeteritum.

plural.		dual.		singul.	
غَزَوْنَ	غَزَوْا	غَزَتَا	غَزَوَا	غَزَتْ	غَزَا
غَزَوْتُنَّ	غَزَوْتُمْ		غَزَوْتُمَا	غَزَوْتِ	غَزَوْتَ
غَزَوْنَا				غَزَوْتُ	

Futurum.

plur.		dual.		sing.	
يَغْزُونَ	يَغْزُونَ	تَغْزُوَانِ	يَغْزُوَانِ	تَغْزُو	يَغْزُو
تَغْزُونَ	تَغْزُونَ		تَغْزُوَانِ	تَغْزِينَ	تَغْزُو
نَغْزُو				أَغْزُو	

Imperativus.

plural.		dual.	singul.	
أُغْزُونَ	أُغْزُوا	أُغْزُوَا	أُغْزِى	أُغْزُ

Participium.

plural.	dual.	singul.
غَازُونَ غَازِيَاتٌ	غَازِيَانِ غَازِيَتَانِ	غَازٍ غَازِيَةٌ

Infinitivus.

غَزْوًا

Activum defectivi ى.

Praeteritum.

plur.	dual.	sing.
رَمَوْا رَمَيْنَ	رَمَيَا رَمَتَا	رَمَى رَمَتْ
رَمَيْتُمْ رَمَيْتُنَّ	رَمَيْتُمَا	رَمَيْتَ رَمَيْتِ
رَمَيْنَا		رَمَيْتُ

Futurum.

plural.	dual.	singul.
يَرْمُونَ يَرْمِينَ	يَرْمِيَانِ تَرْمِيَانِ	يَرْمِي تَرْمِي
تَرْمُونَ تَرْمِينَ	تَرْمِيَانِ	تَرْمِي تَرْمِينَ
نَرْمِي		أَرْمِي

Imperativus.

plural.	dual.	sing.
اِرْمُوا اِرْمِينَ	اِرْمِيَا	اِرْمِ اِرْمِي

Participium.

plural.	dual.	singul.
رَامُونَ رَامِيَاتٌ	رَامِيَانِ رَامِيَتَانِ	رَامٍ رَامِيَةٌ

Infinitivus.

رميًا

De praeterito.

غزا *oppugnavit* est pro غزو, و in *elif* quiescens converso, iuxta canonem tertium و; et رمى *proiecit*, pro رمى, abiecta vocali ى, quod quiescit instar *elif*, iuxta canonem tertium ى: et excidit, utraque cum vocali sua in tertia persona faemin. singularis ac dualis, et masc. pluralis. Dicitur enim

غزت	pro	غزوت	غزتا	pro	غزوتا	غزوا	pro	غزووا
رمت		رميت	رمتا		رميتا	رموا		رميوا

Cum media radicis habet damma, non mutatur و radicale, ut سرو *potitus fuit*: cum vero kesra possidet, convertitur ubique in ى, ut رضى, pro رضو, iuxta canon. quintum و; ut رضيت رضيت, pro رضوت رضوت, iuxta can. 2. gen. At tunc etiam in tertia faem. sing. et dualis non excidit; ut رضيت رضيتا, سروت سروتا: secus in plurali masculino, ubi dicitur سروا, رضوا, juxta canon. 1. و et ى.

De futuro.

Ultima radicalis, abiecto damma suo: quiescit. Penultima, si in praet. fatha habet, id hic (ut in concavis) quiescentia و in damma, quiescentia ى in kesra mutant ut يغزو, يرمى; sed et ob gutturalem manet, sicut in perfectis, ut رعى يرعى *pavit pascet*; si damma, id regulariter manet, ut يسرو *noctu ibit*, quod flectitur ut يغزو, si kesra, id in fatha muta-

tur, ut يَرْضَى *gratum habebit*: ubi et pro و est ى instar *elif* quiescens, iuxta posterius membrum canonis tertii و; ponitur enim pro يَرْضَوْ: flectiturque hoc modo,

يَرْضَيْنَ	يَرْضَوْنَ	يَرْضَيَانِ تَرْضَيَانِ	تَرْضَى	يَرْضَى
تَرْضَيْنَ	تَرْضَوْنَ	تَرْضَيَانِ	تَرْضَيْنَ	تَرْضَى
نَرْضَى			أَرْضَى	

In plurali masculino, et singulari secundae personae faeminino, iuxta canonem primum و et ى, fit contractio, quae aufert differentiam pluralis mascul. a plur. faem. cum penultima futuri habet damma, ut patet in تَغْزُونَ et يَغْزُونَ; et singularis faem. secundae personae, a plur. faem. secundae personae, cum penultima possidet kesra vel fatha; ut in تَرْمِينَ et تَرْضَيْنَ.

Praepositis particulis giezmantibus, ultima radicalis non recipit giezma, sed excidit, et ن regulariter abiicitur hoc modo,

plural.		dual.		singul.		
يَغْزُونَ	يَغْزُوا	تَغْزُوَا	يَغْزُوَا	تَغْزُ	يَغْزُ	لَمْ
تَغْزُونَ	تَغْزُوا	تَغْزُوَا		تَغْزِي	تَغْزُ	
نَغْزُ				أَغْزُ		

Et sic quoque لَمْ يَرْمِ et لَمْ يَرْضَ: sed interdum licet rarissime, manere ultimam reperies, dicique لَمْ يَغْزُو, لَمْ يَرْمِي, لَمْ يَرْضَى.

At cum particulae fathantes praemittuntur, ultima regulariter recipit fatha; ut

	تَرْمِى	يَرْمِى		تَغْزُو	يَغْزُو	
etc.	تَرْمِى	تَرْمِى	لَنْ	تَغْزِى	تَغْزُو	لَنْ
		أَرْمِى			أَغْزُو	

Nisi penultima habeat fatha; tunc enim obstat canon tertius ى; ut لَنْ يَرْضَى تَرْضَى etc. Sic et و interdum manet quiescens post damma, sed rarissime; ut لَنْ نَعْفُو *neutiquam condonabimus*.

De imperativo.

Imperativus, ut in perfectis, fit a futuro giezmato, praefixo ا imperativo, ut أُغْزُ, اِرْمِ, اِرْضَ: reditque cum *nun* paragogico tertia radicalis abiecta in singulari masc. ut أُغْزُوَنْ, اِرْمِيَنْ, اِرْضَيَنْ. In singul. faeminino et plur. masculino adhibetur contractio, eo prorsus modo quo in futuro.

De participio.

In singulari masc. و finale post kesra mutatur in ى, iuxta canonem quintum و, fitque غَازِىٌ pro غَازِوٌ: et quia *je* finale post kesra nequit habere damma, iuxta quartum canonem ى, id abiicit, eiusque *nun* ad praecedentem reiecto, ipsa etiam excidit, ut غَازٍ pro غَازِىٌ; sicut eo amisso redit, ut اَلْغَازِى pro اَلْغَازِىُ (nam articulum tollere *nun* ultimae vocalis post disces:) eadem est ratio defectivi ى, ut رَامٍ pro رَامِىٌ, اَلرَّامِى pro اَلرَّامِىُ: et quia ى finale post kesra etiam respuit kesra, iuxta eundem canonem quartum, dicitur etiam in genitivo

غَازٍ et رَامٍ pro غَازِىٍ et رَامِىٍ . At accusativus est regularis , غَازِيًا *pugnantem* , رَامِيًا *proiicientem* . In غَازِيَةٌ et رَامِيَةٌ redit ى abiectum ; quia extra finem dictionis collocatur , et in غَازُونَ fit contractio , ut in futuro .

De infinitivo .

Infinitivus est regularis .

De passivo .

Passivi similis est ratio : ut ,

Praeteritum .

Defectivum ى .	Defectivum و .
رُمِىَ رُمِيَتْ	غُزِىَ غُزِيَتْ
رُمِيتَ رُمِيتِ	غُزِيتَ غُزِيتِ
رُمِيتُ	غُزِيتُ
etc.	etc.

Futurum .

يُرْمَى تُرْمَى	يُغْزَى تُغْزَى
تُرْمَى تُرْمَيْنَ	تُغْزَى تُغْزَيْنَ
أُرْمَى	أُغْزَى
etc.	etc.

Participium .

مَرْمِىٌّ مَرْمِيَّةٌ	مَغْزُوٌّ مَغْزُوَّةٌ
etc.	etc.

غزى est pro غزو iuxta canonem quintum و. in يغزى mutatur و in ى quiescens instar *elif*; iuxta tertium canonem و. يرمى autem est pro يرمى, secundum tertium canonem ى. مغزو est pro مغزوو per contractionem: et مرمى pro مرموى, iuxta quintum canonem ى. Atque huius coniugationis normam derivativae omnes sequuntur, ut,

Passivum futur.	Passivum praet.	Activum futur.	Activum praet.
يغزى	غزى	يغزى	غزى
يغازى	غوزى	يغازى	غازى
يغزى	أغزى	يغزى	أغزى
يتغزى	تغزى	يتغزى	تغزى
يغتزى	أغتزى	يغتزى	أغتزى
يستغزى	أستغزى	يستغزى	أستغزى

Passivum futur.	Passivum praet.	Activum futur.	Activum praet.
يرمى	رمى	يرمى	رمى
يرامى	رومى	يرامى	رامى
يرمى	أرمى	يرمى	أرمى
يترمى	ترمى	يترمى	ترمى
يرتمى	أرتمى	يرتمى	أرتمى
يسترمى	أسترمى	يسترمى	أسترمى

Et sic in caeteris coniugationibus et temporibus primae coniugationis regulae observantur: solumque notandum est, ى illud quod in praeteritis defectivi و ponitur loco و, iuxta posterius membrum canonis tertii و, in primis et secundis personis manere, et diphtongescere cum fatha, dicique, أَغْزَيْتُ أَغْزَيْتَ أَغْزَيْتِ etc. secus atque in prima coniugatione, ubi redit و.

CAPUT DECIMUM.

De verbo dupliciter imperfecto.

Verba dupliciter imperfecta, simpliciter imperfecta per omnia sequuntur. Classes autem eorum duae sunt; quarum prima continet ea quae hamzata sunt et simul quiescentia: quorum quatuor sunt species.

1. Hamzatum *fe* et quiescens *ain*: ut آبَ *reversus est*; quod coniugatur sicuti أَثَرَ et قَالَ: ut

infin.	part.	imp.	fut.	praet.
أَوْبًا	آيِبٌ	أُبْ	يَؤُوبُ	آبَ

2. Hamzatum *lam* et quiescens *ain*: ut سَاءَ *contristavit*, جَاءَ *venit*, quorum illud coniugatur ut قَالَ et هَنَأَ; hoc ut سَارَ et هَنَأَ: exempli gratia,

infin.	part.	imp.	fut.	praet.
سَوَاءٌ	سَائِءٌ	سُؤْ	يَسُوءُ	سَاءَ
مَجِيئًا et جَيْئَةً	جَائِءٌ	جِئْ	يَجِيءُ	جَاءَ

3. Hamzatum *fe* et quiescens *lam*: ut أَتَى *venit*; quod coniugatur sicut أَثَرَ et رَمَى, ut

infin.	part.	imp.	fut.	praet.
إِتْيَانًا	آتٍ	إِيتِ	يَأْتِي	أَتَى

Dicitur tamen et تِهْ in imperativi sing. masculino.

4. Hamzatum *ain* et quiescens *lam*: ut نَأَى *recessit*; quod coniugatur sicut سَأَلَ et رَمَى, ut

part.	imp.	fut.	praet.
نَاءٍ	إِنْأَ	يَنْأَى	نَأَى

Fatha penultimae manet in futuro et imperativo, quia *elif* est littera gutturalis. Et sic quoque regulariter coniugaretur رَأَى *vidit*: sed ob frequentem usum hamza abiicit, vocali eius ad praecedentem reiecta quoties ر giezma habet; ideoque in futuro et imperativo primae coniugationis sic habet:

Futurum.

plural.		dual.		singul.	
يَرَيْنَ	يَرَوْنَ	تَرَيَانِ	يَرَيَانِ	تَرَى	يَرَى
تَرَيْنَ	تَرَوْنَ		يَرَيَانِ	تَرَيْنَ	تَرَى
نَرَى				أَرَى	

pro يَرْأَى تَرْأَى, etc.; sicuti et apud poetas interdum, versu id exigente, occurrit.

Imperativus.

plural.		dual.	singul.
رَيْنَ	رَوْا	رَيَا	رَ vel رَهْ رَيْ

vel cum *nun* paragogico,

plural.		dual.	singul.	
رَيْنَانِّ	رَوُنَّ	رَيَانِّ	رَيِنَّ	رَيَنَّ

Invenitur tamen etiam non raro regulariter formatus, ut أَرَأَ أَرَأَى, etc.

Et in tota coniugatione quarta أَفْعَلَ, ut

Praeteritum.

أَرَى أَرَتْ أَرَيْتَ أَرَيْتِ أَرَيْتُ

Futurum.

يُرِي تُرِي تُرِي تُرِينَ أُرِي etc.

Imperativus.

plural.	dual.	singul.
أَرُوا أَرِينَ	أَرِيَا	أَرِ أَرِي

et cum *nun* paragogico,

أَرُنَّ أَرِينَانِّ	أَرِيَانِّ	أَرِيَنَّ أَرِنَّ

Participium.

مُرٍ مُرِيَةٌ مُرِيَانِ مُرِيَتَانِ مُرُونَ مُرِيَاتٌ

Infinitivus.

إِرَاءٌ vel إِرَاءَةٌ aut إِرَيَةٌ

Quin reliqua etiam verba omnia huius ordinis in coniugatione hac quarta hamza etiam posse abiicere doctissimi tradunt grammatici; ac proinde dici non solum أَنْأَى يُنْأِى مُنْأً, sed et أَنَى يُنِي مُنٍ.

Cum ر giezma non habet, regulariter coniugatur رَأَى, nec amittit hamza; ut

Praeteritum.

رَأَيْنَ رَأَيْتِ رَأَيْتَ رَأَتْ رَأَى

Participium.

رَاءٍ &c. رَاءِيَةٌ رَاءِيَانِ رَاءِيَتَانِ

Infinitivus.

رَأْيًا

Et sic quoque in participio passivi est مَرْئِىٌّ ut مَرْمِىٌّ; licet ر habeat giezma.

Secunda verborum dupliciter imperfectorum classis continet dupliciter quiescentia, quae ab arabibus vocantur involuta; suntque duum generum, separata et coniuncta. Involutum separatum est quod quiescit prima et ultima, ut وَقَى *custodivit*, وَجِىَ *ungulam attritam habuit* (*equus* scilicet) quorum illud flectitur, ut وَعَدَ et رَمَى, hoc vero ut وَجِلَ et رَضِىَ; exempli gratia,

part.	imp.	fut.	praet.	part.	imp.	fut.	praet.
وَاجٍ	إِيجَ	يَوْجَى	وَجِىَ	وَاقٍ	قِ vel قِهْ	يَقِى	وَقَى

Imperativus قِ in reliquis personis resumit ى, adhibita tamen contractione in sing. et plur. masc. ut

plural.		dual.	sing.	
قِينَ	قُوا	قِيَا	قِى	قِ

Sic cum ن paragogico in singul. masc. قِيَنَّ dicitur.

Involutum coniunctum, quod quiescit media et ultima, ut شَوَى *assavit*, قَوِىَ *valuit*, حَيِىَ *vixit*: quae perfecte con-

iugantur quoad mediam, at imperfecte quoad ultimam; شوى quidem sicut رمى, قوى vero et حيى sicut رضى; ut

infin.	part.	imp.	fut.	praet.
شيًّا	شاوٍ	اشوِ	يشوى	شوى
قوّة	قاوٍ	اقوَ	يقوى	قوى
حيوة	حاى	احىَ	يحيا	حيى

Infinitivus شيًّا est pro شويًا secundum canonem tertium و et ى; et قوّة pro قووة iuxta canonem de secunda syllabae mixtae littera; est autem قوى pro قوو, و ultimo iuxta canonem quintum و ob kesra praecedens in ى converso; unde desinit ultimam penultimae similem habere, et surdum esse. Sicuti contra, حيى convertens و finale in ى iuxta eundem canonem, accipit ultimam penultimae similem, unde et more surdi contractionem non raro patitur: dicitur enim in praeterito حيى et حىّ; quanquam nonnulli kesra penultimo ad primam reiecto malunt حىّ dicere: et in futuro يحيا (ubi ى instar *elif* quiescens, in quod و conversum erat iuxta canonem tertium و, in ا quiescens mutatur ob ى praecedens, iuxta canonem tertium ى) et يحىّ. Pro participio حاى usitatius est adiectivum حىّ *vivus*. In infinitivo و radicale sua vocali abiecta quiescit instar *elif*: quod particulare est, et de eo can. secun. و et ى vide.

Sic in reliquis quoque coniugationibus haec verba analogiam quiescentium ultima sequuntur. Sed حيى in decima coniugat. ى prius interdum abiicit, vocali eius ad praecedentem reiecta: dicitur enim,

إِسْتَحْيَا   يَسْتَحْيِي   إِسْتَحْيِ   مُسْتَحْيٍ   إِسْتِحْيَاء

& إِسْتَحَى   يَسْتَحِي   إِسْتَحِ   مُسْتَحٍ   إِسْتِحَاء

Verba tripliciter imperfecta paucissima reperiuntur : suntque hamzata *fe* et involuta coniuncta : ut أَوَى *recepit* ; vel hamzata *ain* et involuta separata , ut وَأَى *stetit promissis* : quorum illud coniugatur ut أَثَّرَ et شَوَى , hoc ut وَقَى et سَأَلَ : ut

infin.	part.	imp.	fut.	praet.
أَيًّا	آوٍ	إِيوِ	يَأْوِي	أَوَى
وَأْيًا	وَاءٍ	إِ & إِهْ	يَأِي	وَأَى

Verba tribus radicalibus aut primis duabus quiescentia nulla dantur . Itaque haec de imperfectis , et de verbis in universum sufficiant .

Finis libri secundi.

THOMAE ERPENII

GRAMMATICAE ARABICAE

LIBER TERTIUS

DE NOMINE.

In nomine consideranda sunt qualitas, species, forma, genus, motio, numerus, casus, declinatio, et comparatio.

CAPUT PRIMUM.

De qualitate.

Qualitate nomen aliud est substantivum, idque proprium, ut مُحَمَّدٌ *Muhammad*, مَكَّةُ *Mecca*, جَيْحُونُ *Oxus fluv.* aut appellativum; ut نَبِيٌّ *propheta*, مَدِينَةٌ *civitas*, نَهْرٌ *fluvius*: vel adiectivum, ut صَغِيرٌ *parvus*, أَبْيَضُ *albus*. Quorum proprium natura sua restrictum et determinatum est: appellativum vero et adiectiva late patentia et vaga; sed restringuntur praefixo articulo الْ ὁ ἡ τὸ, ut اَلنَّبِيُّ ὁ προφήτης, اَلْمَدِينَةُ ἡ πόλις, اَلصَّغِيرُ ὁ μικρὸς, اَلْأَبْيَضُ ὁ λευκὸς. Cuius articuli litteram ل ante solarem inter pronunciandum perire, solari in compensationem eius duplicata, dictum est cap. 4. libri primi: ا autem eius unionis esse, vocalemque suam fatha in fluxu sententiae abiicere, et consonam sequentem cum praecedentis dictionis aut litterae servilis vocali unire, constat ex eiusdem libri capite quinto.

Appellativum autem restringitur quoque constructione, seu

regimine genitivi; separati quidem, ut in عَبْدُ ٱللّٰهِ *servus Dei*; coniuncti vero, ut عَبْدُهُ *servus eius*, unde articulum tunc non admittit: sicuti nec unquam proprium, quippe natura sua determinatum. Multa tamen virorum nomina ex appellativis facta possident articulum, sed ut essentialem, non ut accessorium; ex. gr. ٱلْقَاسِمُ, ٱلْخَلِيلُ: quae tamen et brevitatis causa interdum eum amittunt. Sic et particularum quarundam compositionem articulus post dicetur ingredi.

CAPUT SECUNDUM.

De specie.

Species duplex est, primitiva et derivativa: nomen primitivum est quod non derivatur aliunde; ut رَأْسٌ *caput*, لَحْمٌ *caro*: derivativum vero quod ab alio derivatur; estque verbale vel nominale. Verbale est quod derivatur a verbo: qualia fere sunt adiectiva, ut عَظِيمٌ *magnus*, ab عَظُمَ *magnus fuit*, صَغِيرٌ *parvus*, a صَغُرَ *parvus fuit*; أَصْفَرُ *flavus*, a صَفِرَ *flavus fuit*; طَيِّبٌ *bonus*, a طَابَ *bonus fuit*; نَاصِرٌ *adiuvans*, a نَصَرَ *adiuvit*, atque sic reliqua participia adiective accepta: et substantiva significantia actorem, locum vel tempus actionis, instrumentum actionis, aut denique actionem ipsam.

Nomen actoris.

Actorem significant participia activa, substantive accepta: ut نَاصِرٌ *adiutor*, مَالِكٌ *rex*, *dominator*, قَاعِدٌ *sessor*, etc.

Nomen loci et temporis.

Locus et tempus actionis eadem nominis voce significantur: ut مَكْتَبٌ *locus et tempus scriptionis*, مَجْلِسٌ *locus et*

tempus sessionis : fiuntque in prima trilitteri coniugatione a futuro activo, م pro اتين posito, et vocali penultima manente, cum est fatha, ut مَشْغَل *locus et tempus laboris*, a يَشْغَل ; vel kesra, ut مَضْرِب *locus et tempus verberationis*, a يَضْرِب ; مَبِيع *locus et tempus emptionis*, a يَبِيع : at in fatha converso, cum est damma, ut مَدْخَل *locus et tempus introitus*, a يَدْخُل ; مَقَام *locus et tempus stationis*, a يَقُوم. Duodecim tamen haec nomina damma in kesra mutant,

مَشْرِق *locus ortus, oriens*	مَنْخِر *locus spirationis*, id est, *nares*.
مَغْرِب *locus occasus, occidens.*	مَنْسِك *locus sacrificandi*.
مَرْفِق *locus innitendi cubitui.*	مَطْلِع *locus ascensus*.
مَنْبِت *locus cretionis herbarum.*	مَفْرِق *locus separationis capillorum*.
مَسْقِط *locus casus*.	مَسْكِن *locus habitationis*.
مَجْزِر *locus iugulaudi camelum.*	مَسْجِد *locus adorationis*.

quorum postrema quinque etiam regulariter cum fatha scribuntur: quod et, ex sententia quorundam, primis etiam sex accidere potest. Septimum quoque interdum irregulariter kesra sub م habet, et مِنْخِر effertur.

Si autem verbum est simile و, penultima perpetuo kesra habet, et و si abiectum est redit : ut مَوْضِع *locus et tempus positionis*, a يَضَع ; مَوْعِد *locus, et tempus promissionis*, a يَعِد ; مَوْجِه *locus et tempus eundi*, a يَوْجِه, si vero est defectivum, penultima perpetuo habet fatha : ut مَرْمًى (pro مَرْمَى secundum can. tertium ى) *locus et tempus proiectionis*, a

مَرْمًى ; يَرْمِى مَدْعًى *locus et tempus vocationis*, a يَدْعُو ; مَرْضًى *locus et tempus complacentiae*, a يَرْضَى : a يَأْوِى tamen reperitur مَأْوًى, et cum kesra مَأْوِى pro مَأْوًى (iuxta canonem quintum ى) *locus et tempus mansionis*.

Assumitur interdum in locorum nominibus ة in fine ut مَقْبَرَةٌ *locus sepelitionis*, *coemiterium*, a يَقْبُرُ, مَشْرَقَةٌ *locus ortus*, *oriens*, a يَشْرُقُ, ac tum penultima radicalis subinde damma habet; ut مَقْبُرَةٌ, مَشْرُقَةٌ, a ظَنَّ autem, *existimat*, fit مَظِنَّةٌ cum kesra, *locus existimationis*.

In verbis autem quadrilitteris et coniugationibus omnibus derivativis, formatur nomen loci et temporis a futur. passivo, posito م pro اتين; ita ut omnino conveniat cum participio passivo: ut مُحْزَنٌ *locus et tempus contristationis*, a يُحْزَنُ; مُقَامٌ *locus et tempus constitutionis*, a يُقَامُ: sic مُنْقَطَعٌ *locus et tempus abscissionis*, مُدَحْرَجٌ *locus et tempus volutationis*, مُحْرَنْجَمٌ *locus et tempus tumultuationis*.

Nomen instrumenti.

Nomen instrumenti fit praeposito م cum kesra; estque formae مِفْعَالٌ vel مِفْعَلٌ aut مِفْعَلَةٌ; ut مِفْتَاحٌ *quo quid aperitur*, *clavis*, a فَتَحَ *aperuit*; مِحْلَبٌ *mulctra*, ab حَلَبَ *mulsit*; مِكْسَحَةٌ *verriculum*, a كَسَحَ *verrit*. Sed مُنْخُلٌ *cribrum*, a نَخَلَ *cribravit*, habet damma super م et media radicali; ut et مُدُقٌّ (contracte pro مُدْقُقٌ) *instrumentum quo contunduntur vestes*, a دَقَّ *contudit*. Dicitur tamen etiam regulariter

مدق et مسدقة. His adiungunt etiam مدهن *vasculum in quo asservatur unguentum*, مسعط *vasculum in quo asservatur medicina caput purgans*, مكحلة *vasculum in quo asservatur stibium*, et nonnulli etiam محرضة (pro quo tamen doctissimi grammatici محرضة scribunt) *clavae theca*. Sed haec mihi non videntur actionum significare instrumenta: nulla certe ratione hoc postremum, quod ne verbale quidem est.

Nomen actionis.

Actionem ipsam significat infinitivus, reliquorum nominum more casibus variabilis: ut ضَرْبٌ *verberatio*, إِحْزَانٌ *contristatio*, تَصَارُعٌ *colluctatio*, إِسْتِخْرَاجٌ *eductio*, etc. quin proprie nihil aliud est infinitivus quam nomen verbale adverbiascens, quod elegantiae, et significationis intendendae causa verbo apponitur.

Nomen vicis.

Ab infinitivo autem non terminato ة formatur etiam nomen ة terminatum significans actionem unam et solitariam, ac repudians proinde adiectivum وَاحِدَةٌ *una*; vocaturque ab Arabibus nomen vicis. Et est a trilitteris primae coniug. perpetuo formae نَصْرَةٌ: ut ضَرْبَةٌ *una sola verberatio*, قَعْدَةٌ *una sola sessio*, قَوْمَةٌ *una sola statio*; quorum infinitivi sunt ضَرْبًا, قَوْمًا, قُعُودًا: a quadrilitteris vero et coniugationibus derivativis, eiusdem formae cum infinitivo apposito solum ة, ut دَحْرَاجَةٌ *una sola volutatio*, إِحْزَانَةٌ *una sola contristatio*; إِسْتِخْرَاجَةٌ *una sola eductio*, ab infinitivis دَحْرَاجًا, إِحْزَانًا, إِسْتِخْرَاجًا, et

sic quoque a duobus hisce infinitivis primae coniugationis trilitterae اتْيَانًا et لِقَآءً fiunt اتْيَانَةٌ *unus solus accessus*, et لِقَاءَةٌ *unus solus occursus*; non اتْيَةٌ, لُقْيَةٌ. Ex. gr. ضَرَبْتُهُ ضَرْبَةً *verberavi eum verberatione una*, seu *verberando semel*, vel *semel cum verberavi*: قَعَدْتُ قَعْدَةً *sedi sessione una*, *semel sedi*: at ضَرَبْتُهُ ضَرْبًا est *verberavi eum verberando*, قَعَدْتُ قُعُودًا *sedi sedendo*, indeterminate. Cum autem infinitivus terminatur ة, non formatur ab eo nomen vicis; sed ut unitas actionis significetur, adiicitur ei adiectivum وَاحِدَةٌ, ut رَحْمَةٌ وَاحِدَةٌ *una sola miserescentia*, اقَامَةٌ وَاحِدَةٌ *una sola constitutio*.

Simili prorsus modo formatur nomen specificationis, ut aiunt Arabes, id est, quo specificatur seu determinatur actio generalis; (ut cum dicimus, hic excellit scriptione, seu in scriptura, vel cum scribit, ubi excellere determinatur et specificatur vocabulo actionis, scriptione scilicet) fit enim additione litterae ة ad infinitivum destitutum ة, nec in quadrilitteris et coniugationibes derivativis differt a nomine vicis; ut هو حَسَنُ اسْتِخْرَاجَةٍ *ipse bonus est eductione*, seu *in eductione*: sed in trilitteris primae coniugationis prima radicalis perpetuo habet kesra, et est formae نِصْرَةٌ, ut هو حَسَنُ ضِرْبَةٍ *ipse bonus est verberatione* seu *in verberatione*; هُوَ حَسَنُ قِعْدَةٍ *ipse bonus est sessione*, seu *in sessione*. Apud poetas tamen hanc formam interdum cum praecedente نَصْرَةٌ confundi videas, ut مِنْصَرٌ formam instrumenti cum مَنْصَرٌ forma loci et temporis.

Derivativum nominale est quod derivatur ab alio nomine: estque possessivum, diminutivum, augmentativum, et locale.

Possessivum.

Possessivum est nomen adiectivum significans possessionem, et formatur a quovis substantivo adiectione ى ; ut إنسان *homo*, إنسانى *humanus*; أرض *terra*, أرضى *terrenus*: sed ة terminata id abiiciunt, ut مايدة *mensa*, مايدى *mensalis*: حبلى *gravida mulier*, حبلى *ad gravidam pertinens*; ى tamen interdum in و mutatur, ut dicatur حبلوى. A propriis regionum nominibus formata saepe fiunt substantiva, et gentilia vocantur; ut الشام *Syria*, الشامى *Syriacus, et Syrus*; مصر *Aegyptus*, مصرى *Aegyptiacus et Aegyptius*: افريقية *Africa*, افريقى *Africanus et Afer*; ubi et ى cum ة perit, quod in terminatis per ية, perpetuum est.

Diminutivum.

Diminutivum significat diminutionem sui primitivi; estque in trilitteris formae نصير, in quadrilitteris قميطر: ut عبيد *servulus*, ab عبد *servus*; قمير *lunula*, a قمر *luna*; ضريب *lente et perfunctorie verberans*, a ضارب *verberans*; جعيفر *rivulus*; a جعفر *rivus*, عصيفير *passerculus*, ab عصفور *passer*

Augmentativum.

Augmentativum intendit significationem sui primitivi; estque participiale ut plurimum, formaeque variae, scilicet منصار, نصر, نصور, نصار, et نصير; quae si immediate a verbis derivari dicantur, verbalia erunt actorem significantia: ut ضراب,

مِضْرَابٌ , ضَرُوبٌ , ضَرُوبٌ et ضَرِيبٌ *bene et diligenter seu vehementer verberans*, vel *vehemens verberator*. De نَصِيرٌ vide ad particip. passivum primae coniug. ubi videbis id interdum passivum esse; quod et تَـة نَـصُـورٌ interdum accidit, sed in faeminino tantum.

Locale.

Locale denotat locum sui primitivi: estque collectivum vel singulare. Collectivum significat locum in quo res copiosae sunt et abundanter, estque formae مَفْعَلَةٌ; ut مَـأْسَدَةٌ *locus leonibus refertus*, ab أَسَدٌ *leo*; مَـبْطَخَةٌ *locus melonibus refertus*, a بِطِّيخٌ *melo*. Nec formari potest a nominibus quatuor litteras radicales habentibus, ut sunt ضِفْدَعٌ *rana*, ثَعْلَبٌ *vulpes*. Singulare significat locum seu instrumentum in quo quid reponitur, aut asservatur vel asservari solet; estque eiusdem formae cum verbali significante instrumentum actionis, id est مِفْعَالٌ vel مِفْعَلٌ aut مِفْعَلَةٌ: ut مِـقْلَمٌ *calamarium*, a قَلَمٌ *calamus*; مِبْوَلٌ et مِبْوَالٌ *urinarium*, a بَوْلٌ *urina*; مِشْمَعَةٌ *vasculum in quo ponitur cera*, a شَمْعٌ *cera*; مِيبَرٌ et مِـيبَرَةٌ *theca in qua asservantur acus*, ab إِبْرَةٌ *acus*. Huc enim referenda sunt haec et similia, non ad verbalia significantia instrumentum actionis, ut supra monui: ubi quatuor attuli per duplex damma scripta, huc quoque transferenda.

CAPUT TERTIUM.

De forma nominum.

Forma nominum duplex est, nuda et aucta. Nuda est quae solis radicalibus litteris constat, ut عَبْدٌ *servus*, رَجُلٌ *vir*,

كِتَابٌ *liber*, بُطُولٌ *inanitas*, *otium*; عَظِيمٌ *magnus*; خَرْبَقٌ *helleborus*, خُزَرْنَقٌ *aranea*, صَرَّافٌ *nummularius*: aucta, quae praeter radicales habet unam aut plures ex litteris servilibus يَتَسَمَّنَا, quae formationi nominum inserviunt.

ى quidem in fine; ut فُرْسِى *Persa et Persicus*, سَمَاوِى *caelestis*; ذِكْرَى *recordatio*: vel in medio; ut حُجَيْرٌ *lapillus*: aut in principio; ut يَنْبُوعٌ *fons*.

ت in principio; ut تَطْوِيلٌ *prolongatio*, تَكَبُّرٌ *superbia*: vel in medio; ut in octava coniugatione, ut اِعْتِرَافٌ *confessio*: aut in fine, sed per ة scriptum; ut رَحْمَةٌ *misericordia*.

س solum hic non servit, sed cum aliis duabus, sicut in decima coniugatione; ut اِسْتِغْفَارٌ *petitio veniae*, مُسْتَخْرِجٌ *eductor*.

م initio; ut مِضْرَبٌ *fustis*, مِثْقَالٌ *pondus*, مَوْضِعٌ *locus*, مَمْلَكَةٌ *regnum*: raro in fine; ut اِبْنَمٌ *filius*, دِرْدِمٌ *camela edentula*.

ن in principio: sicuti in septima coniugatione; ut اِنْقِطَاعٌ *abstinentia*, *finis*: et in fine; ut غُفْرَانٌ *remissio*.

ا in principio; ut أَسْوَدُ *niger*, اِغْفَالٌ *negligentia*, أَلْزَمُ *breves habens digitos*: et in fine; quo casu *elif* aliud, sed quiescens, ante se habet, ut كِبْرِيَاءُ *superbia*, عَاشُورَاءُ *dies decimus mensis ramadan*.

CAPUT QUARTUM.

De genere nominum.

Genus duplex est, masculinum et faemininum. Faeminina sunt ex significatione,

1. Nomina mulierum, et quae mulieribus tantum conveniunt; ut هِنْدٌ *Hinda*, مَرْيَمُ *Maria*; أُمٌّ *mater*, عَرُوبٌ *mulier amans maritum suum*.

2. Nomina regionum et urbium; ut مِصْرُ *Aegyptus*, قُبْرُسُ *Cyprus*; مَكَّةُ *Mecca*, عَدَنُ *Aden*.

3. Nomina geminorum membrorum; ut يَدٌ *manus*, كَتِفٌ *humerus*, عَيْنٌ *oculus*.

Ex terminatione vero,

1. Terminata ة; ut قَصْعَةٌ *scutella*, خَلَالَةٌ *amicitia*, جَنَّةٌ *hortus*, ظُلْمَةٌ *tenebrae*, صَغِيرَةٌ *parva*, طَيِّبَةٌ *bona*.

2. Terminata ا servili; ut مَشْيُوخَاءُ *multitudo senum*, *senes*, كِبْرِيَاءُ *superbia*, حَمْرَاءُ *rubra*.

3. Terminata ى servili quiescente instar *elif*; ut ذِكْرَى *recordatio*, أُولَى *prior*, *prima*, طُولَى *longissima*.

His addenda أَرْضٌ *terra*, خَمْرٌ *vinum*, بِئْرٌ *puteus*, نَارٌ *ignis*, رِيحٌ *ventus*, نَفْسٌ *anima*, شَمْسٌ *sol*; et alia quaedam usu discenda.

Reliqua masculina sunt; ut مُحَمَّدٌ *Mahommad*, رَجُلٌ *vir*, أَبٌ *pater*, بَيْتٌ *domus*, نَهْرٌ *fluvius*, صَغِيرٌ *parvus*, طَيِّبٌ *bonus*, et sic in paucissima in ة terminata; ut خَلِيفَةٌ *summus imperator*, عَلَّامَةٌ *vir valde doctus*.

Sed utrumque genus habent, et dubia sunt litterarum nomina: ut أَلِفٌ بَآءٌ, *etc.* quae saepius tamen faeminina sunt: communia vero, adiectiva quaedam sunt in sequentibus indicanda.

CAPUT QUINTUM.

De motione nominum.

Motio est nominis masculini in faemininum conversio: fitq; additione terminationis faemininae; ut عَمٌّ *patruus*, عَمَّةٌ *amita*; كَرِيمٌ *honorandus, liberalis*, كَرِيمَةٌ *honoranda, liberalis*.

Accidit autem motio substantivis quibusdam masculinis res potissimum sexum habentes significantibus; ut رَجُلٌ *vir*, رَجُلَةٌ *mulier*; فَتًى *puellus*, فَتَاةٌ *puella*; مَالِكٌ *Rex*, مَالِكَةٌ *Regina*; جَدٌّ *avus*, جَدَّةٌ *avia* etc. et adiectivis, ut كَبِيرٌ *magnus*, كَبِيرَةٌ *magna*, فَرِحٌ *laetus*, فَرِحَةٌ *laeta*; ضَارِبٌ *verberans* masc. ضَارِبَةٌ *verberans* faem. Assumiturque ut plurimum prima terminatio faeminina ة, absque ulteriori mutatione; ut apparet in exemplis allatis. Excipiuntur adiectiva formae أَفْعَلُ; quae cum sunt positiva, secundam assumere solent terminationem, nempe *elif* servile, et faemininum habere فَعْلَآءُ: ut أَصْفَرُ *flavus*, صَفْرَآءُ *flava*; أَهْدَبُ *longa habens cilia*, هَدْبَآءُ faem. cum vero comparativa sunt aut superlativa, tertiam adsciscunt terminationem, ى scilicet servile quiescens post fatha, habentq. faemininum ut فُعْلَى: sic أَطْوَلُ *longior* vel *lon-*

gissimus, طُولَى *longior f.* vel *longissima*; أَكْبَرُ *maior* vel *maximus*, كُبْرَى *maior f.* vel *maxima*.

Hanc quoque terminationem tertiam assumunt adiectiva non pauca formae نَصِيرٌ; ut سَكِيرٌ *ebrius*, سَكْرَى *ebria*, quo pertinent أَوَّلُ *primus*, أُولَى *prima*, et sic أَخَرُ *alius*, habet أُخْرَى.

Eandem terminationem adsciscunt, sed forma نَصْرَى, adiectiva quaedam formae نَصْرَانُ; ut غَضْبَانُ *iratus*, غَضْبَى *irata*. أَحَدُ autem *unus* habet إِحْدَى cum kesra.

Quinque tamen adiectivorum formae communis fere sunt generis, et sub eadem terminatione nunc masculine nunc faeminine usurpantur: suntque 1. نَصُورٌ active sumpta, ut صَبُورٌ *hic et haec patiens*. 2. مِنْصَارٌ, ut مِعْطَارٌ *hic et haec condiens aromatibus*. 3. مِنْصِيرٌ, ut مِسْكِينٌ *hic et haec pauper*. 4. مِنْصَرٌ ut مِغْشَمٌ *temerarius*, *temeraria*. 5. نَصِيرٌ passive sumpta, ut قَتِيلٌ *hic occisus*, *et haec occisa*. Invenies tamen etiam has formas in faeminino interdum assumere ة, ut عَدُوٌّ *inimicus*, عَدُوَّةٌ *inimica*; مِسْكِينٌ *pauper* masc. مِسْكِينَةٌ faem. et sic perpetuo ultima, cum substantive usurpatur: ut قَتِيلَةٌ *ea quae occisa est*.

Neutrum genus Arabes non agnoscunt: unde adiectiva neutra substantive usurpata exprimunt per faeminina, ut وَاحِدَةٌ تَعُوزُكَ *unum deest tibi*.

Caeterum observatu quoque dignum est, a nominibus substantivis masculinis significantibus res habentes partes homogeneas, formari saepe faeminina primae terminationis significantia partem aliquam illarum: ut تِبْنٌ *stramen*, تِبْنَةٌ *par-*

ticula straminis ; ذَهَبٌ *aurum* , ذَهَبَةٌ *particula auri* , *massa auri*.

CAPUT SEXTUM.

De numero.

Numeri nominum tres sunt : singularis , ut سَارِقٌ *fur* , رَجُلٌ *vir* ; dualis , ut سَارِقَانِ *duo fures* , رَجُلَانِ *duo viri* ; et pluralis , ut سَارِقُونَ *complures fures* , رِجَالٌ *complures viri*.

Formatur autem dualis a singulari , adiecto انِ absque ulla mutatione , ut patet in exemplis allatis , ة tamen faemininum in ت mutatur , ut مَدِينَةٌ *civitas* , مَدِينَتَانِ *duae civitates* , كَبِيرَةٌ *magna* , كَبِيرَتَانِ *duae magnae* , و et ى autem finales in singulari post fatha quiescentes , iuxta canonem suum tertium , hic fiunt mobiles : ut فَتًى *puer* , فَتَيَانِ *duo pueri* ; ذِكْرَى *commemoratio* , ذِكْرَيَانِ *duae commemorationes* ; مُسَمًّى *nominatus* مُسَمَّيَانِ *duo nominati* ; عَصًا *fustes* , عَصَوَانِ *duo fustes*. *Elif* servili terminata mutant id in و , ut صَفْرَاءُ *flava* , صَفْرَاوَانِ *duae flavae* , at radicale ا manet , ut جُزْءٌ *pars* , جُزْءَانِ *duae partes* : nisi ponatur pro و vel ى ; iuxta ultimum canonem و et ى ; tunc enim libere manet , vel mutatur in و , ut رِدَاءٌ *vestis* , رِدَاءَانِ et رِدَاوَانِ *duae vestes*.

Pluralis fit a singulari dupliciter , perfecte scilicèt aut imperfecte : unde plurale aliud est perfectum , quod sanum vocant Arabes , aliud imperfectum , quod fractum appellant. Sanum formant potissimum nomina propria rationalium , et adiectiva formantia faemininum adiecto ة , cum de rationalibus

praedicantur: masculina quidem adiecto وُنَ, ut مُحَمَّدٌ *Mohammad*, مُحَمَّدُونَ *Mohamedes*; نَاصِرٌ *adjuvans*, نَاصِرُونَ *adiuvantes*; فَرِحٌ *laetus*, فَرِحُونَ *laeti* نَبِيٌّ *propheta*, نَبِيُّونَ *prophetae*: faeminina vero adiecto اتٌ, ut مَرْيَمُ *Maria*, مَرْيَمَاتٌ *Mariae*; نَاصِرَةٌ *adiuvans* faem. نَاصِرَاتٌ *adiuvantes*; فَرِحَةٌ *laeta*, فَرِحَاتٌ *laetae*; نَبِيَّةٌ *prophetissa*, نَبِيَّاتٌ *prophetissae*. Nulla quoque adhibita singularis mutatione, nisi quod ة faemininum excidit; ut manifestum est in exemplis allatis. Sed masculina terminata ى quiescente post kesra id una cum kesra abiiciunt: ut اَلْقَاضِى *iudex*, اَلْقَاضُونَ *iudices*, non اَلْقَاضِيُونَ; iuxta can. primum و et ى, at finita ى quiescente post fatha, solum ى amittunt, manente in eius indicium fatha, cum quo و plurale diphtongescit: ut مُوسَى *Moses*, in plur. habet مُوسَوْنَ, non مُوسِيُونَ; et مُصْطَفَى *Mustapha*, مُصْطَفَوْنَ non مُصْطَفِيُونَ, iuxta eundem canonem. Substantiva autem faeminina perfecta (id est, non derivata a verbis imperfectis) nuda, vel sola ة aucta; quorum media radicalis habet giezma, illud in plurali mutant in vocalem talem, qualem possidet prima radicalis: ut دَعْدٌ *Daado*, nomen mulieris, دَعَدَاتٌ; جُمْرٌ *Gjumra*, nomen mulieris quoque, جُمُرَاتٌ; هِنْدٌ *Hinda*, nomen mulieris, هِنِدَاتٌ; قَصْعَةٌ *scutella*, قَصَعَاتٌ; سِدْرَةٌ *lotus arbor*, سِدِرَاتٌ; جُلْبَةٌ *ventus*, جُلُبَاتٌ, ea tamen quorum prima habet damma vel kesra, giezma etiam retinere possunt, vel in fatha mutare: ut,

جُمْرٌ *Gjumra*, جُمُرَاتٌ, جُمْرَاتٌ, جُمَرَاتٌ.

هِنْدٌ *Hinda*, هِنْدَاتٌ, هِنَدَاتٌ, هِنِدَاتٌ.

جُلْبَةٌ *ventus*, جُلْبَاتٌ, جُلَبَاتٌ, جُلُبَاتٌ.

سِدْرَةٌ *lot. arb.* سِدْرَاتٌ, سِدَرَاتٌ, سِدِرَاتٌ.

Plurale fractum est quod formatur imperfecte, seu non adiectis ونَ et: اتٌ et fit a plerisque singularibus tam rationalibus, quam irrationalibus. Formae autem eius praecipuae: a nudis trilitteris et faemininis eorum potissimum ortae, sunt viginti duo: videlicet,

1 نُصَرٌ	7 نُصَّرٌ	13 أَنْصَارٌ	19 نُصَرَآءُ
2 نُصُرٌ	8 نُصَرَةٌ	14 أَنْصِرَةٌ	20 أَنْصِرَآءُ
3 نُصْرٌ	9 نَصَرَةٌ	15 نَوَاصِرُ	21 نَصْرَى
4 نِصَرٌ	10 نِصَرَةٌ	16 نَصَائِرُ	22 نَصَارَى
5 نِصَارٌ	11 نِصْرَةٌ	17 نِصْرَانٌ	
6 نُصُورٌ	12 أَنْصُرٌ	18 نُصْرَانٌ	

Quarum rationem analytice, evidentioris doctrinae ergo, visum est proponere, in hunc modum.

Prima نُصَرٌ

fit a singularibus نُصْرَةٌ et نُصْرَى; ut غُرْفَةٌ *coenaculum*, غُرَفٌ *coenacula*; كُبْرَى *maxima*, كُبَرٌ *maximae*, raro a نِصْرَةٌ et نَصْرَةٌ: ut قَرْيَةٌ *pagus* قُرًى *pagi*; لِحْيَةٌ *barba*, *maxilla*, لُحًى *barbae*, *maxillae*.

Secunda نُصُرٌ

fit a substantivis quatuor litterarum, quarum ultima non est و vel ى, penultima autem اوى quiescens: ut جِدَارٌ *paries*, جُدُرٌ

parietes ; عُمُودٌ *columna* , عُمُدٌ *columnae* ; قَضِيبٌ *virga* , قُضُبٌ ;

حَاجِبٌ *os supercilii* , حُجُبٌ ; ذَلُولٌ *obsequens iumentum* , ذُلُلٌ ;

سَرِيرٌ *lectica* , *solium* سُرُرٌ , sed duplicantia secundam interposito ا quiescente , ut حِجَاجٌ , saepius decimam quartam formam obtinent.

Tertia نُصْرٌ

fit ab adiectivis masculinis formae أَنْصَرُ , et faemininis eorum نَصْرَاءُ : ut أَحْمَرُ *ruber* , et حَمْرَاءُ *rubra* , حُمْرٌ *rubri* , *et rubrae*.

Quarta نُصَرٌ

fit a singulari نُصْرَةٌ : ut قُرْبَةٌ *uter* , *utris* , قُرَبٌ ; حِجَّةٌ *annus* , حِجَجٌ ; سِكَّةٌ *moneta* , سِكَكٌ .

Quinta نِصَارٌ

fit 1. a نَصْرٌ نَصْرٌ et نُصُرٌ : ut قِدْحٌ *telum absque cuspide* , قِدَاحٌ ; رُمْحٌ *hasta* , رِمَاحٌ ; رَجُلٌ *vir* رِجَالٌ .

2. a نَصْرٌ et نَصْرَةٌ : ut كَعْبٌ *calcaneus* , كِعَابٌ ; قَصْعَةٌ *scutella* , قِصَاعٌ ; صَعْبٌ *difficilis* , صِعَابٌ : ثَوْبٌ *vestis* , ثِيَابٌ mutato و post kesra in ى فَيْفٌ *desertum* , فِيَافٌ .

3. a substantivis نَصَرٌ et نَصَرَةٌ non habentibus tertiam radicalem secundae similem , aut و vel ى : ut جَبَلٌ *mons* , جِبَالٌ *montes* ; رَقَبَةٌ *collum* , رِقَابٌ .

4. ab activis نَصِيرٌ et نَصِيرَةٌ : ut شَرِيفٌ et شَرِيفَةٌ *nobilis* ,

شَرَانٌ, non tamen a participiis formae نَصِيرٌ passive sumptis, ut قَتِيلٌ *occisus*.

5. ab adiectivis نَصْرَانٌ et نَصْرَانَةٌ: ut نَدْمَانٌ et نَدْمَانَةٌ *paenitens*, نَدَامٌ.

6. ab adiectivis نَصْرَانٌ et نَصْرَانَةٌ: ut خُمْصَانٌ et خُمْصَانَةٌ *esuriens*, خِمَاصٌ.

Sexta نُصُورٌ

fit a substantivis نَصْرٌ, نَصْرٌ, نُصْرٌ, نَصَرٌ, نَصِرٌ, et نَصِرٌ: ut بَزْرٌ *semen*, بُزُورٌ; جُنْدٌ *exercitus*, جُنُودٌ; ضِرْسٌ *dens*; ضُرُوسٌ; أَسَدٌ *leo*, أُسُودٌ; كَبِدٌ *iecur*, كُبُودٌ. Et interdum quoque a نَاصِرٌ: ut شَاهِدٌ *testis*, شُهُودٌ.

Septima نُصَّرٌ

fit ah adiectivo نَاصِرٌ et نَاصِرَةٌ, cuius ultima radicalis non est و vel ى: ut ضَارِبٌ et ضَارِبَةٌ *verberans*, ضُرَّبٌ *verberantes*, mascul. et faem. Sed differentiae causa masculinum interdum assumit ا ante ultimam radicalem, hoc modo; ضُرَّابٌ *verberantes*, masc.

Octava نَصَرَةٌ

fit ab adiectivo rationali (seu quod de rationali praedicatur,) formae نَاصِرٌ non habentis ultimam و vel ى; ut كَامِلٌ *perfectus*, كَمَلَةٌ; وَارِثٌ *haereditans*, وَرَثَةٌ: قَايِمٌ *stans*, قَوَمَةٌ; بَارٌّ *iustus*, بَرَرَةٌ.

Nona نُصَرَةٌ

fit ab adiectivo rationali formae نَاصِرٌ quiescentis ultima : ut رَامٍ *proiiciens* , رُمَاةٌ ; غَازٍ *oppugnans* , غُزَاةٌ : in quibus ultima radicalis in ا quiescens convertitur iuxta secundum can. و et ى.

Decima نِصَرَةٌ

fit a substantivo نُصْرٌ : نُصْرٌ : ut كُوزٌ *urceus* , كِوَزَةٌ ; دُبٌّ *ursus* , دِبَبَةٌ , et a paucis formae نَصْرٌ et نِصْرٌ : ut زَوْجٌ *maritus* , زِوَجَةٌ ; قِرْدٌ *simia* , قِرَدَةٌ .

Undecima نِصْرَةٌ

fit a nominibus نَصْرٌ , نُصْرٌ , نُصَارٌ , نُصَارٌ , et نَصِيرٌ : ut فَتًى *puer* , فِتْيَةٌ ; شَيْخٌ *senex* , شِيخَةٌ ; أَخٌ *frater* , إِخْوَةٌ , ubi و in sing. abiectum redit , est enim أَخٌ pro أَخَوٌ ; غُصْنٌ *ramus* , غِصْنَةٌ : غَزَالٌ *dorcas* , غِزْلَةٌ : غُلَامٌ *puer* , غِلْمَةٌ , صَبِيٌّ *infans* , صِبْيَةٌ .

Duodecima أَنْصُرٌ

fit a substantivo نَصْرٌ non habente mediam و vel ى : ut وَجْهٌ *facies* , أَوْجُهٌ : item دَلْوٌ *situla* , أَدْلٍ ; ثَدْيٌ *mamma mulieris* , أَثْدٍ ; ubi و et ى excidunt , *nun* vocali eorum retrocedente : sic يَدٌ pro يَدْيٌ *manus* , أَيْدٍ .

et a substantivis faemininis quae non terminantur ة faeminino , et quatuor constant litteris quarum penultima est ا و ى quiescens : ut ذِرَاعٌ *brachium*, أَذْرُعٌ ; يَمِينٌ *iuramentum* , أَيْمُنٌ .

Decima tertia أَنْصَارٌ

fit a substantivis trium litterarum, cuiusvis formae (praeter نَصْرٌ, non habentis mediam و vel ى aut ultimam penultimae similem): ut مَطَرٌ *pluvia*, أَمْطَارٌ; مَرَضٌ *morbus*, أَمْرَاضٌ; كَتِفٌ *humerus*, أَكْتَافٌ; إِبِلٌ *camelus*, آبَالٌ; ubi ا radicale excidit, iuxta can. quintum *elif*: عَيْنٌ *oculus*, أَعْيَانٌ; يَوْمٌ *dies*, أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ, iuxta can. tertium و et ى; طَرَبٌ *gaudium*, أَطْرَابٌ, ab hac tamen forma نَصْرٌ saepius venit plurale decimum septimum نِصْرَانٌ; رَحًا *mola*, أَرْحَاءٌ; خِثْيٌ *fimus bovis*, أَخْثَاءٌ: in quibus ultima radicalis mutatur in hamza, secundum can. quartum و et ى: اِسْمٌ *nomen*, أَسْمَاءٌ; اِبْنٌ *filius*, أَبْنَاءٌ: ubi redit ultima radicalis quae in singulari exciderat, mutaturque in hamza, iuxta eundem canonem.

Decima quarta أَنْصِرَةٌ

fit a multis substantivis masculinis quatuor constantibus litteris, quarum penultima est اوى quiescens: ut قِلَادٌ *torques*, أَقْلِدَةٌ; اِلٰهٌ, *Deus*, (quod compendii causa sic scribitur pro الاه) آلِهَةٌ; ubi ا radicale excidit, iuxta canonem quintum *elif*: عَمُودٌ *columna*, أَعْمِدَةٌ; رَغِيفٌ *libum*, أَرْغِفَةٌ, et sic fere perpetuo surda, et quiescentia ل, formarum نِصَارٌ et نَصَارٌ: ut بَتَاتٌ *supellex*, أَبِتَّةٌ; إِمَامٌ *antistes*, أَيِمَّةٌ, *elif* rad. in ى mutato iuxta primum can. *elif*; قَبَاءٌ *tunica*; أَقْبِيَةٌ; فِنَاءٌ *aula*, أَفْنِيَةٌ.

Decima quinta نَوَاصِرُ

fit a singulari نَاصِرٌ: ut طَابَقٌ *sartago*, طَوَابِقُ, et ab adiectivo نَاصِرٌ ac faeminino eius نَاصِرَةٌ: ut ضَارِبٌ *verberans* masc. ضَارِبَةٌ *verberans* faem. ضَوَارِبُ *verberantes* masc. et faem. a masculino tamen rationali نَاصِرٌ rarius haec forma venit.

Decima sexta نَصَايِرُ

fit a faemininis harum decem formarum:

نُصَارٌ نِصَارٌ نَصَارٌ نَصُورٌ نَصِيرٌ

نُصَارَةٌ نِصَارَةٌ نَصَارَةٌ نَصُورَةٌ نَصِيرَةٌ

ut شَمَالٌ *septentrio*, شَمَايِلُ; سَحَابَةٌ *nubes*, سَحَايِبُ;
عُقَابٌ *aquila*, عُقَايِبُ; ذُؤَابَةٌ *antiae*, ذَوَايِبُ;
شِمَالٌ *sinistra*, شَمَايِلُ; رِسَالَةٌ *epistola*, رَسَايِلُ;
عَجُوزٌ *vetula*, عَجَايِزُ; حَمُولَةٌ *iumentum onerarium*, حَمَايِلُ;
أَصِيلٌ *tempus ante vesperam*, أَصَايِلُ; صَحِيفَةٌ *lamina*, صَحَايِفُ;
سَعِيدٌ *felix* faem. سَعَايِدُ; كَرِيمٌ *nobilis* faem. كَرَايِمُ.

Decima septima نِصْرَانٌ

fit a singulari نُصَارٌ et نَصْرٌ: ut غُلَامٌ *puer*, غِلْمَانٌ; صُرَدٌ *aesalo*, صِرْدَانٌ, et saepe etiam a concavis و formarum نَصْرٌ et نُصْرٌ: ut حُوتٌ *piscis*, حِيتَانٌ; عُودٌ *lignum*, عِيدَانٌ; قَاعٌ *ager*, قِيعَانٌ, تَاجٌ *corona*, تِيجَانٌ, et a paucis aliis: ut ظَلِيمٌ *struthiocamelus mas*, ظِلْمَانٌ; صَبِيٌّ *infans*, صِبْيَانٌ.

Decima octava نُصْرَانٌ

fit a substantivis نَصْرٌ , نَصَرٌ , نُصُرٌ , et نَصِيرٌ , quorum media radicalis non est و vel ى : ut سَقْفٌ *tectum* , سُقْفَانٌ ; بَلَدٌ *regio*, *provincia* , بُلْدَانٌ ; رَغِيفٌ *libum* , رُغْفَانٌ .

Decima nona نُصَرَآءُ

fit ab adiectivo rationali نَصِيرٌ , cuius tertia radicalis non est secundae similis , aut و vel ى : ut شَرِيفٌ *nobilis* , شُرَفَآءُ ; كَرِيمٌ *honorabilis* , كُرَمَآءُ ; بَخِيلٌ *avarus* , بُخَلَآءُ .

Vigesima أَنْصِرَآءُ

fit ab adiectivo rationali formae نَصِيرٌ , cuius tertia radicalis est secundae similis , aut و vel ى : ut

حَبِيبٌ *dilectus* ,	أَحِبَّآءُ	contracte pro	أَحْبِبَآءُ
شَدِيدٌ *vehemens* ,	أَشِدَّآءُ		أَشْدِدَآءُ

غَنِىٌّ *dives* , أَغْنِيَآءُ ; وَلِىٌّ *amicus* , أَوْلِيَآءُ , et in paucissimis perfectis : ut صَدِيقٌ *verax* , أَصْدِقَآءُ , sicut contra imperfecta quaedam habent نُصَرَآءُ : ut تَقِىٌّ *pius* , تُقَوَآءُ .

Vigesima prima نَصْرَى

fit ab adiectivis formae نَصِيرٌ ; et interdum quoque نَاصِرٌ vel نَصِرٌ significantibus dolorem aut destructionem : ut جَرِيحٌ *vulneratus* , جَرْحَى ; قَتِيلٌ *occisus* , قَتْلَى : هَالِكٌ *periens* , هَلْكَى .

Vigesima secunda نَصَارَى

fit a singulari نَصْرَآءُ : ut صَحْرَآءُ *ager*, صَحَارَى ; عَذْرَآءُ *virgo*, عَذَارَى .

Si quae autem harum formarum ab aliis etiam singularibus trilitteris et nudis aut faemininis eorum veniuut, id speciale est et notandum, sicuti et observanda sunt illiusmodi singularia, quorum pluralia diversa habent formas a nominatis: qualia non usque adeo multa occurrent.

Ea autem singularia quarum formae in diversis hic comparent classibus, diversa quoque ut plurimum habent pluralia: sic a نَفْسٌ *anima*, fit نُفُوسٌ et أَنْفُسٌ *animae*; غُلَامٌ *puer*, غِلْمَةٌ et غِلْمَانٌ *pueri*; عَيْنٌ *oculus*, أَعْيَانٌ et عُيُونٌ *oculi*; رَغِيفٌ *libum*, رُغْفَانٌ et أَرْغِفَةٌ *liba*; سُورٌ *murus*. أَسْوَارٌ et سِيرَانٌ *muri*; جَفْنٌ *palpebra*, جُفُونٌ et أَجْفَانٌ *palpebrae*; عَبْدٌ *servus*, عِبَادٌ, عُبُدٌ, عَبْدَانٌ, عُبُودٌ et quoque عَبِيدٌ *servi*; بَحْرٌ *mare*, بِحَارٌ, بُحُورٌ et أَبْحُرٌ *maria*; شَاهِدٌ *testis*, شَاهِدُونَ, شُوَاهِدٌ; شُهُودٌ *testes*. Non tamen perpetuo omnia illa quae a talibus formis derivari possunt: sic a نَفْسٌ non dicitur نِفَاسٌ, نِفْسَةٌ, نُفُسَةٌ, نُفْسَانٌ; nec ab عَبْدٌ dicitur أَعْبُدٌ, عَبَدَةٌ, عِبْدَةٌ, etc. interdum vero unum tantum; ut a رَجُلٌ *vir*, solum fit رِجَالٌ; ab أَمْرٌ *negotium*, solum أُمُورٌ: quod usus docebit.

Observandum autem est formas undecimam, duodecimam, decimam tertiam et decimam quartam, pluralia paucitatis vocari et usurpari cum numeralibus tantum, si videlicet aliud eiusdem singularis plurale extet; si minus, etiam has generaliter usurpari, ut solent reliquae.

Atque haec quidem de nudis trilitteris dicta sunto: quadrilittera autem nuda omnia, et aucta pleraque, cum faemininis suis formant plurale fractum assumpto ا quiescente post secundam litteram, quae, ut et prima, fatha possidet, sicut tertia kesra; ut sit formae قَمَاطِرُ: ut ضِفْدَعٌ *rana*, ضَفَادِعُ; مَدْخَلٌ *vestibulum*, مَدَاخِلُ, ة autem finale excidit: ut مَزْبَلَةٌ *fimetum*, مَزَابِلُ, et ultimam radicalem si praecedat aliqua litterarum أوى quiescens, ea manet; ut قِنْدِيلٌ *lampas*, قَنَادِيلُ: sed ob praecedens kesra in ى mutata, si sit ا vel و; ut سُلْطَانٌ *princeps*, سَلَاطِينُ; عُرْقُوبٌ *calcaneus*, عَرَاقِيبُ: interdum tamen ea excidit, ة in fine accedente ad eius compensationem; ut إِبْلِيسُ *diabolus*, أَبَالِيسُ et أَبَالِسَةٌ; إِسْكَافٌ *calcearius*, أَسَاكِيفُ et أَسَاكِفَةٌ: sicuti et alias interdum accedit ة; ut ut أُسْقُفٌ *episcopus*, أَسَاقِفُ et أَسَاقِفَةٌ; تِلْمِيذٌ *discipulus*, تَلَامِيذُ et تَلَامِذَةٌ. Hanc etiam pluralis formam adsciscunt adiectiva formae أَنْصَرُ, de quibus supra in نَصَرَ dictum est; ut أَسْوَدُ *niger*, أَسَاوِدُ, et comparativa, ut أَصْغَرُ *minor*, *minimus*, أَصَاغِرُ; أَكْبَرُ *maior*, *maximus*, أَكَابِرُ, et pluralia quaedam aucta trilitterorum (formatur enim interdum ab uno plurali aliud ad copiam sermonis;) ut ظُفْرٌ *unguis*, in plur. habet أَظْفَارٌ, unde formatur secundum plurale أَظَافِيرُ: sic ab عِرْقٌ *vena*, fit عُرُوقٌ, et ab hoc عَرَايِقُ; a سِوَارٌ *armilla*, أَسْوِرَةٌ et ab hoc أَسَاوِرُ.

Ad hanc quoque pluralis formam reduci commode pos-

sunt formae نَوَاصِرُ et نَصَائِرُ supra positae, ut inspicienti satis fit manifestum.

Caeterum quaedam ultimam litteram habentia quiescentem kesra penultimum in fatha mutant: ut عَذَارَى pro عَذَارِي, ab عَذْرَى virgo.

Quae autem quinque vel pluribus constant litteris (non annumeratis ة et اوى quiescentibus) eandem quidem formam assumunt, sed abiecta tamen littera una aut pluribus: nuda enim pentagrammata abiiciunt ultimam radicalem; ut سَفَرْجَلٌ *cydonium malum*, سَفَارِجُ; عَنْكَبُوتٌ *aranea*, عَنَاكِبُ: et interdum quoque penultimam, manente ultima; ut خَزَرْنَقٌ *aranea*, خَزَارِنُ et خَزَارِقُ; فَرَزْدَقٌ collect. *frustum libi decidum, mica*, فَرَازِدُ et فَرَازِقُ. Si tamen penultima est و vel ى diphtongescens post fatha, utraque manet, ultima scilicet et penultima, sed و in ى mutatur ob kesra praecedens, ut فِرْعَوْنٌ *crocodilus*, فَرَاعِينُ. Aucta vero abiiciunt serviles; ut مُدَحْرَجٌ *locus volutationis*, دَحَارِجُ: manet tamen م, si serviat cum ن; ut مُنْطَلِقٌ *solutus*, مَطَالِقُ: vel cum ست; ut مُسْتَخْرِجٌ *eductor*, مَخَارِجُ.

Observatio de pluralibus anomalis.

Notandum est singularia quaedam, pluralia sua aliunde mutuari: ut أُمٌّ *mater* habet أُمَّهَاتٌ, tanquam ab أُمَّةٌ; فَمٌ *os*, أَفْوَاهٌ: a فُوهٌ; عُثَانٌ *fumus*, عَوَاثِنُ, ut ab عَاثِنٌ; مَاءٌ *aqua*, أَمْوَاهٌ, et مِيَاهٌ, ut a مَاهٌ; اِمْرَأَةٌ *mulier*, habet نِسَاءٌ, نِسْوَةٌ et نِسْوَانٌ: إِنْسَانٌ *homo*, أُنَاسٌ, ab إِنْسٌ, ponitur enim pro أُنَاسِيٌّ;

sed ob frequentem usum ى excidit : quidam tamen putant poni pro plurali regulariter formato ab إِنْسَانٌ , nempe أَنَاسِينُ , abiecto ين ; et sic pauca alia , de quibus alias . Atque haec de pluralibus nunc sufficiant .

CAPUT SEPTIMUM.

De casu .

In numero tres sunt casus , nominativus , genitivus (sub quo dativus etiam noster et ab ablativus continetur) et accusativus . Horum ratione nomina alia sunt triptota ; alia diptota . Triptota sunt , in quibus casus isti tres tribus distinctis terminationibus discernuntur . Diptota ; in quibus casus obliqui una terminatione continentur , atque adeo quae duas tantum terminationes agnoscunt .

Triptota autem sunt ,

Omnia fere singularia , et pluralia fracta , terminantque nominativum per ٌ *on* , genitivum per ٍ *en* , accusativum per ً *an* : ut nominat. رَجُلٌ *vir* , genit. رَجُلٍ *viri* vel *viro* , accus. رَجُلًا *virum* ; رِجَالٌ *viri* , رِجَالٍ *virorum* , et *viris* , رِجَالًا *viros* .

Diptota sunt ,

1. Dualia omnia , habentq ; nominativum in ان , genitivum et accusat. in ين : ut رَجُلَانِ *duo viri* , رَجُلَيْنِ *duorum virorum* , *duobus viris* , *duos viros* : مَدِينَتَانِ *duae urbes* , مَدِينَتَيْنِ *duarum urbium* , *duabus urbibus* , *duas urbes* .

2. Pluralia sana masculina , habentque nominativum in ون , genitivum et accusat. in ين : ut مُؤْمِنُونَ *credentes* , مُؤْمِنِينَ *credentium* , *credentibus* , *credentes* .

3. Pluralia sana faeminina , habentque nominativum in

اتٌ, genitivum et accusativum اتٍ: ut أُمَّهَاتٌ *matres*, أُمَّهَاتٍ *matrum*, *matribus*, *matres*.

4. Nomina invariabilia quae vocant Arabes, seu quorum ultima vocalis non admittit nunnationem: habetque nominativum in ُ, genitivum et accusativum َ, ut عُثْمَانُ *Othmanus*, عُثْمَانَ *Othmani*, *Othmano*, *Othmanum*: مَسَاجِدُ *templa*, مَسَاجِدَ *templorum*, *templis*, *templa*; أَسْوَدُ *niger*, أَسْوَدَ *nigri*, *nigro*, *nigrum*.

Sunt autem nomina invariabilia.

1. Adiectiva posita et comparativa formae أَفْعَلُ: ut أَحْمَرُ *ruber*, أَكْبَرُ *maior*, *maximus*, nisi quod rarius accidit, faemininum per ة forment; sicuti أَرْمَلُ *viduus*, أَرْمَلَةٌ *vidua*.

2. Adiectiva terminata انُ servili, quae non formant faemin. addito ة ut غَضْبَانُ *iratus*, cuius faemin. est غَضْبَى; sic enim etiam huius formae quaedam adiectiva moventur.

3. Terminata *elif* servili, ut صَفْرَآءُ *flava*: vel ى servili quiescente instar *elif*; ut ذِكْرَى *recordatio*, pro ذِكْرَى iuxta can. tertium ى; sic etiam غَضْبَى *irata*, قَتْلَى *occisi*.

4. Pluralia fracta formae نَوَاصِرُ et قَمَاطِرُ vel قَمَاطِيرُ: ut ضَوَارِبُ *verberantes*, ضَفَادِعُ *ranae*, قَنَادِيلُ *lucernae*, مَدَاخِلُ *vestibula*, خَزَارِنُ vel خَزَارِقُ *araneae*. Sed ea quarum ultima radicalis est littera quiescens, triptota sunt, ut reliqua pluralia fracta: quaedam tamen kesra penultimam in fatha mutant, et ea huius quoque loci sunt; ut عَذَارَى *virgines*, pro عَذَارٍ in nominativo, عَذَارِي in genit. et accus. sic نَصَارَى

christiani, pro نَصَارَى et نُصَارَى. Caeterum vox سَرَاوِيلُ *femoralia*, aliis est plur. a سِرْوَالٌ, et regulariter diptoton; aliis singulare per se, et diptoton ob similitudinem quam habet cum plurali formae تُصَارِيرُ.

5. Regionum, insularum, urbium, pagorum, artium, montium, fluviorum, et locorum quaelibet nomina: ut مِصْرُ *Aegyptus*, قُبْرُسُ *Cyprus*, مَكَّةُ *Mecca*, جِيزَةُ *Gjize* عُكَّارُ *Acára*, دَرَنُ *Atlas mons*, دِجْلَةُ *Tygris*, غُوطَةُ *Gota*.

6. Pleraque hominum propria; et inter caetera masculina omnia terminata انَ: ut عِمْرَانُ *Imran*, عُثْمَانُ *Othman*, et barbara pluribus quam tribus litteris constantia; ut إِبْرَٰهِيمُ *Abraham*, إِسْحَاقُ *Isaac*, يَعْقُوبُ *Iacob*, آدَمُ *Adam*, جَهَنَّمُ *Gehenna*, فِرْدَوْسُ *Paradisus*, etc. nec non faeminina terminata ة faeminino, ut عَيْشَةُ *Aïsja*; et constantia litteris quatuor, زَيْنَبُ *Zaïnab*; vel tribus quarum media movetur, ut سَقَرُ *Sakar*, aut damma ante se habet, ut جُوَرُ *Gjoero*, quae autem tribus constant litteris nec terminantur ة, nisi barbara sint, (nam haec sunt diptota) modo triptota sunt, modo diptota, ut nom. سَقَرٌ genit. سَقَرٍ acc. سَقَرًا, et nom. سَقَرُ gen. et accus. سَقَرَ, sic nom. دَعْدٌ, genit. دَعْدٍ acc. دَعْدًا; et nom. دَعْدُ genit. et accus. دَعْدَ, quod et reliquis nominibus invariabilibus (in poesi potissimum) interdum contingit; sicut contra, variabilia seu triptota quaedam, invariabilia seu diptota subinde fiunt: sed utrumque rarum est.

Bene autem hic meminisse oportet canonis tertii و, nec non tertii et quarti ى: nam iuxta canonem tertium و dicitur,

عَصًا pro عَصَوٌ , عَصَوٍ , عَصَوًا , *baculum* , *baculi* vel *baculo* , *baculum* : et iuxta tertium can. ى , رَحًى pro رَحَيٌ , رَحَيٍ , رَحَيًا , *mola* , *molae* , *molam* ; iuxta quartum vero eiusdem canonem رَامٍ , pro رَامِيٌ et رَامِيٍ *proiiciens* , *proiicientis* ; جَوَارٍ , pro جَوَارِيُ et جَوَارِيَ *puellae* , *puellarum* .

Consideranda autem in hisce casibus sunt apocope et permutatio .

Apocope est ة *nun* casualis : vocalis quidem , in nominibus triptotis , et diptotis pluralibus faemininis perfectis : consoni vero in diptotis dualibus , et pluralibus masculinis perfectis , amittunt enim haec omnia *nun* ob constructionem , tum regiminis , seu cum sequitur genitivus : ut كِتَابٌ *liber* , كِتَابُ مُوسَى *liber Mosis* , كِتَابِ مُوسَى *libri* vel *libro Mosis* , كِتَابَ مُوسَى *librum Mosis* : كِتَابَانِ *libri duo* , كِتَابَا مُوسَى *libri duo Mosis* , كِتَابَيْ مُوسَى *librorum duorum* , *libris duobus* , vel *libros duos Mosis* : كُتُبٌ *libri* , كُتُبُ مُوسَى *libri Mosis* , كُتُبِ مُوسَى *librorum* , vel *libris Mosis* , كُتُبَ مُوسَى *libros Mosis* : بَنُونَ *filii* , بَنُو ٱللّٰهِ *filii Dei* , بَنِي ٱللّٰهِ *filiorum* , *filiis* vel *filios Dei* , tum affixi , seu cum annectitur pronomen possessivum : ut كِتَابُهُ *liber eius* , كِتَابِهِ *libri* vel *libro eius* , كِتَابَهُ *librum eius* ; كِتَابَاهُ *libri duo eius* ; كِتَابَيْهِ *librorum duorum* , *libris duobus* , vel *libros duos eius* ; كُتُبُهُ , كُتُبِهِ , كُتُبَهُ , *libri* , *librorum* , et *libros eius* . Et *nun* vocale etiam excidit ob articulum ال tum praecedentem , ut ٱلْكِتَابُ

liber, ٱلْكِتَابُ *libri*, ٱلْكِتَابِ *librum*; tum sequentem, ut كِتَابُ ٱلَّذِى *liber qui*, كِتَابَ ٱلَّذِى *librum qui*, etc. رَامٍ *sagittarius*, رَامِى ٱلْمَلِكِ *sagittarius regis*: excidente enim nun redit ى abiectum.

Sed أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *socer*, et interdum quoque هَنٌ *res*, *muliebria*, *nun* ob constructionem abiicientes (nisi accedat ى affixum,) assumunt eius loco litteram quiescentem: in nominativo و, in gen. ى, in acc. ا: ut هُوَ أَبُو دَاوُدَ *is est pater Davidis*, مِنْ أَبِى دَاوُدَ *a patre Davidis*, رَأَيْتُ أَبَا دَاوُدَ *vidi patrem Davidis*; أَبُوكَ *pater tuus*, أَبِيكَ *patris tui*, أَبَاكَ *patrem tuum*. Sic ذُو *possessor*, in regimine (nec aliter usurpatur) habet genitivum ذِى, accusativum ذَا, et فَمٌ *os*, *oris*, in gen. constructio فِى habet, (etiam cum affixo ى) et in accusativo فَا.

Permutatio est nominativi cum accusativo: accipit enim ille huius terminationem in subiecto enuntiationis, cum praecedunt particulae subiecti, quae sunt

إِنَّ *etenim*, *utique*: أَنَّ *quod*: كَأَنَّ *sicuti*, *ac si*:

لٰكِنَّ et لٰكِنْ *sed*: لَيْتَ *utinam*: لَعَلَّ *fortassis*:

ut إِنَّ مُحَمَّدًا يَقُومُ *utique Mohammad stat*; إِنَّ ٱللّٰهَ غَفُورٌ *etenim Deus est clemens*; عَلِمُوا أَنَّ ٱلْمَلِكَ قَدِيرٌ *sciunt quod rex est potens*; ubi مُحَمَّدًا est pro مُحَمَّدٌ, ٱللّٰهَ pro ٱللّٰهُ, ٱلْمَلِكَ pro ٱلْمَلِكُ.

Sed necesse est ut nihil intercedat; nisi forte praepositio

H

cum suo casu: ut إِنَّ فِى ٱلدَّارِ رَجُلًا *utique in domo est homo*, إِنَّ quoque et لَيْتَ assumunt interdum مَا in fine; et tunc إِنَّ semper, لَيْتَ ut plurimum, virtutem illam amittit.

Sic لَا *non est*, immediate praepositum appellativo ei influxu suo pro nominativi dat accusativi terminationem, sed sine *nun* vocali; ut لَا رَيْبَ فِيهِ *non est dubium in eo*; sed iteratum libere influit in alterutrum, et utrumque; ut

إِلَّا بِٱللّٰهِ	لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةُ لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةً لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةَ لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةٌ	*non est virtus nec potentia nisi in Deo.*

De vocativo.

Vocativus per accusativum concipitur: ut يَا رَجُلًا *o vir*, يَا عَبْدَ ٱللّٰهِ *o serve Dei*: nisi sit nominis proprii aut appellativi possidentis articulum: vel absolute positi, quod significat rem quam vocans intuetur; tum enim concipitur per nominat. sed absque *nun* vocali: ut يَا آدَمُ *o Adam*, يَا مُحَمَّدُ *o Mohammad*, يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ *o homines*, يَا رَجُلُ *o tu vir*, (quem scilicet aspicio) يَا رَجُلَانِ *o vos duo viri*, يَا نَبِيُّونَ *o vos prophetae*. Si quis ad opem invocetur, adhibetur non raro genitivus praefixo لَ: ut يَا لَزَيْدٍ *o Zaide*, (*adiuva* scilicet) vel accusat. cum اه, ut يَا زَيْدَاهْ. Adiectivum vocativo appositum aut substantivum per copulativam coniunctionem ei adiunctum, indifferenter nominativi terminationem habet vel

accusativi; nisi adsit affixum, tunc enim accusativi tantum. Cum autem vocativo addendum est *mi*, vel *mei*, id regulariter fit per affixum ى: ut يَا غُلَامِي *o puer mi*; et fathato ى, يَا غُلَامِيَ; vel eo omisso, ut غُلَامِ: raro per ا, ut يَا غُلَامَا; rarissime per simplex damma, ut يَا غُلَامُ, pro أَبِي autem *pater mi*, et أُمِّي *mater mea*, interdum dicitur, أَبَتِ vel أَبَتَ, et أُمَّتِ vel أُمَّتَ: quod speciale est.

CAPUT OCTAVUM.

De declinatione.

Ex numerorum et casuum supra memoratorum varietate declinationes exsurgunt quatuor.

Prima triptota est in singulari et plurali, (nam dualis ubique eadem est ratio:) ut

sing.	nom. بَيْتٌ,	gen.	بَيْتٍ,	accus.	بَيْتًا.
plur.	nom. بُيُوتٌ,	gen.	بُيُوتٍ,	accus.	بُيُوتًا.

Secunda triptota in singulari et diptota in plurali: ut

sing.	nom. نَاصِرٌ,	gen.	نَاصِرٍ,	accus.	نَاصِرًا.
plur.	nom. نَاصِرُونَ,	gen. et acc.			نَاصِرِينَ.
sing.	nom. نَاصِرَةٌ,	gen.	نَاصِرَةٍ,	acc.	نَاصِرَةً.
plur.	nom. نَاصِرَاتٌ,	gen. et acc.			نَاصِرَاتٍ.
sing.	nom. مَسْجِدٌ,	gen.	مَسْجِدٍ,	acc.	مَسْجِدًا.
plur.	nom. مَسَاجِدُ,	gen. et acc.			مَسَاجِدَ.

Tertia diptota in sing. et triptota in plurali, ut

sing. nom. أَحْمَرُ, gen. et acc. أَحْمَرَ.

plur. nom. حُمْرٌ, gen. حُمْرٍ, acc. حُمْرًا.

Quarta diptota in sing. et plurali, ut

sing. nom. أَصْغَرُ, gen. et acc. أَصْغَرَ.

plur. nom. أَصَاغِرُ, gen. et acc. أَصَاغِرَ.

CAPUT NONUM.

De comparatione.

Comparativus fit a positivo praefixo أ; estque formae أَفْعَل: ut حَسَنٌ *bonus*, أَحْسَنُ *melior*; صَغِيرٌ *parvus*, أَصْغَرُ *minor*; حَبِيبٌ *charus*, أَحَبُّ (pro أَحْبَبُ) *charior*, habetq; post se مِن, ut أَعْظَمُ مِنَ ٱلْمَلِكِ *maior rege*, si absolute ponatur aut in regimine, superlativus est; ut ٱللّٰهُ أَعْلَمُ *Deus est scientissimus*; أَحْسَنُ ٱلنَّاسِ *optimus hominum*.

CAPUT DECIMUM.

De numeralibus.

Nominum numeralium, quia peculiaria quaedam habent, tractatum hic lubet adiicere: sunt autem duplicia: cardinalia, et ordinalia. Cardinalia sunt

faem.	masc.			faem.	masc.	
سِتٌّ	سِتَّةٌ	6	vel	وَاحِدَةٌ	وَاحِدٌ	1
سَبْعٌ	سَبْعَةٌ	7		إِحْدَى	أَحَدٌ.	

2 اثنان اثنتان	8 ثمانية ثمان		
3 ثلاثة ثلاث	9 تسعة تسع		
4 اربعة اربع	10 عشرة عشر		
5 خمسة خمس			
20 عشرون	50 خمسون	80 ثمانون	200 مأيتان
30 ثلثون	60 ستون	90 تسعون	1000 الف
40 اربعون	70 سبعون	100 مأية	2000 الفان

Quorum prima duo regulariter formant faemininum: sequentia octo masculina sunt sub terminatione faeminina, et viceversa: reliqua communia. Ea autem quae terminantur ن, diptota sunt, ut reliqua dualia, et perfecta; caetera vero triptota.

Reliqua ex his componuntur, minori numero perpetuo praemisso, idque sine coniunctione copulativa usque ad viginti: ut

	masc.	faem.		masc.	faem.
11	احد عشر	احدى عشرة	13	ثلاثة عشر	ثلاث عشرة
12	اثنا عشر	اثنتا عشرة	14	اربعة عشر	اربع عشرة

et sic de caeteris: ita ut in hac compositione regulariter عشر sit masculinum, et عشرة faem. et utrumque terminetur nuda vocali fatha, idque in omni casu; praeterquam in اثنا عشر et اثنتا عشرة, quorum casus obliquus est اثنى عشر et اثنتى عشر.

In reliquis accedit coniunctio absque ulla mutatione: ut احد وعشرون, احد وعشرين, احدا وعشرين; et sic de caeteris.

Ordinalia sunt,

faem.	masc.		faem.	masc.	
سَادِسَةٌ	سَادِسٌ	6	أُولَى	أَوَّلُ	1.us
سَابِعَةٌ	سَابِعٌ	7	ثَانِيَةٌ	ثَانٍ	2
ثَامِنَةٌ	ثَامِنٌ	8	ثَالِثَةٌ	ثَالِثٌ	3
تَاسِعَةٌ	تَاسِعٌ	9	رَابِعَةٌ	رَابِعٌ	4
عَاشِرَةٌ	عَاشِرٌ	10	خَامِسَةٌ	خَامِسٌ	5

عِشْرُونَ *vigesimus*, *ma*; ثَلٰثُونَ *trigesimus*, *ma*: et sic de caeteris denariis: nam in his non differunt ordinalia a cardinalibus.

Reliqua ex his componuntur eodem fere modo, quo cardinalia: ut

faem.		masc.	
حَادِيَةَ عَشْرَةَ		حَادِيَ عَشَرَ	11
ثَانِيَةَ عَشْرَةَ		ثَانِيَ عَشَرَ	12
ثَالِثَةَ عَشْرَةَ		ثَالِثَ عَشَرَ	13

et sic caetera, ut aptota quoque sint per fatha:

حَادِيَةٌ وَعِشْرُونَ		حَادِي وَعِشْرُونَ	21

et ita reliqua.

Usurpatur autem pro ordinali numerus cardinalis, cum numeratum non est restrictum.

CAPUT UNDECIMUM.

De pronomine.

Nominis vicem subeunt pronomina; quae sunt separata, vel aliis vocibus affixa. Separata sunt triplicia, personalia,

demonstrativa, et relativa: quae generibus et numeris variantur ut nomina: sed casus non agnoscunt; nisi dualia demonstrativa et relativa, qnae more nominum diptota sunt.

Personalia autem sunt haec;

plural.			dual.		singul.			
illi	*vos*	*nos*	*illi duo*,	*vos duo*	*ille*	*tu*	*ego*	
هُمْ	أَنْتُمْ				هُوَ	أَنْتَ		masc.
		نَحْنُ	هُمَا	أَنْتُمَا			أَنَا	com.
illae					*illa*			
هُنَّ	أَنْتُنَّ				هِيَ	أَنْتِ		faem.

Quorum ea quae tertiae personae sunt pro verbo substantivo cuiusvis personae saepissime usurpantur.

Demonstrativum autem propinqui est ذَا *hic*; quod sic flectitur:

plur.		dual.		sjng.				
		ذَيْنِ	ذَانِ				ذَا	masc.
أُولَى	أُولَآءِ							com.
		تَيْنِ	تَانِ	ذِي	ذِهِي	ذِهْ		faem.
				تِي	تِهِي	تِهْ	تَا	

fitque demonstrativum remoti addito كَ, in hunc modum;

plural.		dual.		sing.	
com.					
أُولَاكَ	أُولَائِكَ	ذَيْنِكَ	ذَانِكَ	ذَاكَ	*ille*
		تَيْنِكَ	تَانِكَ	تَاكَ	*illa*

ante quod كَ in singul. et plur. non raro assumitur لْ, ut dicatur ذَالِكَ, et cum م paragogico ذَالِكُمْ, تِلْكَ, أُولَالِكَ, utri-

que autem, nisi ل illud assumatur, crebro praefigitur هَا: cuius tamen ا compendii causa non solet pingi; sed per fatha perpendiculare aut medda repraesentari, (quod et τῷ ذَا ante ل, et aliis vocibus ا quiescens habentibus creberrime accidit) hoc modo:

هٰذَا	هٰذَانِ	هٰذَيْنِ	هٰؤُلَاءِ
هٰذِهِ	هٰتَانِ	هٰتَيْنِ	

Relativum est اَلَّذِى *qui*, compositum ex articulo اَلْ et لَذِى; flectiturque hoc modo:

اَلَّذِى	اَللَّذَانِ	اَللَّذَيْنِ	اَلَّذِينَ	اَلْأُلَى	اَللَّائِى
اَلَّتِى	اَللَّتَانِ	اَللَّتَيْنِ	اَللَّاتِى	اَللَّوَاتِى	اَللَّاءِ

Nun duale hic et in demonstrativis interdum habet tesdid, in compensationem ultimae singularis excidentis.

Caeterum relativum hoc non patitur ante se litteras serviles praeter فكلو, ac rarissime usurpatur in casu obliquo, sed defectus hi supplentur per affixa vocum sequentium: sic pro بِالَّذِى *in quo*, dicitur اَلَّذِى بِهِ; et pro مِنَ الَّذِى *a quo*, اَلَّذِى مِنْهُ; pro اَلَّذِى رَأَيْتُ *quem vidi*, اَلَّذِى رَأَيْتُهُ.

Relativa quoque sunt sed antecedens includentia مَنْ *is qui*, et *ii qui*, *quicunque*; مَا *id quod*, *quodcunque*, *ea quae*, *quaecunque*: illud de personis, hoc de rebus dicitur: et utrumque non raro interrogat.

أَىُّ autem *quis*, *qualis*, nomen est interrogativum et substantivum; unde aliud substantivum regit in genitivo: ut أَىُّ كِتَابٍ *qualis liber*, مِنْ أَىِّ كِتَابٍ *ex quo* vel *quali libro*?

Affixa cum nominibus significant possessionem, referunt-

que pronomina nostra possessiva : cum verbis ut plurimum casum patientem ; non raro tamen dativum , maxime cum accusativus alius sequitur : suntque

plural. 3	plural. 2	plural. 1	dual. 3	dual. 2	singul. 3	singul. 2	singul. 1	pers.
هُمْ	كُمْ				هُ	كَ		masc.
		نَا	هُمَا	كُمَا			ى	com.
هُنَّ	كُنَّ				هَا	كِ		faem.

Pro ى , cum verbis et particulis terminatis ن , est نى .

Nunquam autem mutantur : nisi quod هُنَّ هُمْ هُمَا هُ damma in kesra mutant , cum immediate praecedit kesra , ut مِنْ رَبِّهِ ; vel ى vocali destitutum , ut فِيهِ *in eo* , et عَلَيْهِ *super eo* : et quod ى loco kesra ante se , habet fatha super se , cum annectitur dictioni terminatae aliqua litterarum اوى vocali destituta : ut خَطَايَا *peccata* , خَطَايَايَ *peccata mea* , غُلَامَانِ *duo pueri* , غُلَامَايَ *duo pueri mei* ; غُلَامَيْنِ *duorum puerorum* , غُلَامَيَّ *duorum puerorum meorum* ; مُسْلِمِينَ *fidelium* , مُسْلِمِيَّ *fidelium meorum* ; sic et a مُسْلِمُونَ est مُسْلِمِيَّ iuxta canon. 5. ie : عَصًا *baculus* , عَصَايَ *baculus meus* ; رَامٍ *sagittarius* , رَامِيَّ *sagittarius meus* , et quod post kesra interdum excidit , quod frequens est in vocativo : ut رَبِّ *domine mi* : et fere perpetuum , cum praecedit aliud ى descendens ex hamza ; ut أَحِبَّايَ *amici mei* , آبَايَ *patres mei* . Sic pro نى occurrit نِ ; ut أُنْصُرُونِ *adiuva me* .

Et vocibus nullam inducunt mutationem : nisi quod in no-

minibus *nun* causale tollunt, ut supra dictum est: et ى insuper ultimam vocalem; ut كِتَابٌ *liber*, كِتَابِى *liber meus*: ac ة faemininum in ت mutant; ut عَمَّةٌ *amita*, عَمَّتُكَ *amita tua*: nec non hamza ultimum in و vel ى, iuxta canonem primum *elif*. In verbis autem pellunt ا otiosum post و servile; ut نَصَرُوا *adiuverunt*, نَصَرُونَا *adiuverunt nos*: et terminationi تُمْ *adiiciunt* و, ut نَصَرْتُمْ *adiuvistis*, نَصَرْتُمُوهُ *adiuvistis eum*.

In utrisque autem, tum nominibus tum verbis, *ie* finale post fatha quiescens instar *elif*, libere in *elif* quiescens mutant vel relinquunt: ut رَمَى *iecit*, رَمَاهُ et رَمَيَهُ *iecit eum*; et فَتًى *puer*, فَتَاهُ et فَتَيَهُ *puer eius*. Nam in particulis ى hoc diphtongescit; ut إِلَى *ad*, إِلَيْهِ *ad eum*.

Uni autem verbo duo interdum annectuntur affixa: ut. أَعْطَانِيهِ *dedit mihi eum*, يَكْفِيكَهُمْ *sufficere fecit tibi illos*.

Possunt quoque affixa separatim verbis apponi, sed praefixo إِيَّا; ut إِيَّاكَ *te*, إِيَّايَ *me*, etc. ضَرَبَكَ, atque etiam ضَرَبَ إِيَّاكَ *verberavit te*.

Actiones autem reciprocae per nomen نَفْس cum affixis exprimuntur: ut أَحْبَبْتُ نَفْسِى *dilexi me* (quasi dicat, *animam meam*) أَحْبَبْتُمْ أَنْفُسَكُمْ *dilexistis vos ipsos*, etc. rarissime per nudum affixum, ut أُحِبُّنِى *diligo me*.

Finis libri tertii.

THOMAE ERPENII
GRAMMATICAE ARABICAE
LIBER QUARTUS
DE PARTICULIS.

CAPUT PRIMUM.

De particulis coniunctis.

Particularum orationis indeclinabilium aliae sunt coniunctae, quae perpetuo aliis vocibus praefiguntur; aliae separatae: coniunctae sunt octo litterae أبتس فكلو.

ا

habet fatha, estque nota interrogationis: ut أَمَاتَ *an obiit*? أَأَنْتَ *an tu*? أَفِى *an in*? et vocandi articulus; ut أَيُوسُفُ *o Iosephe*, vocatque propinquum.

ب

semper possidet kesra, et

1. significat *in*: ut بِالْمَسْجِدِ *in templo*.
2. notat *instrumentum*: ut كَتَبْتُ بِقَلَمٍ *scripsi calamo*.
3. valet *cum*; quando videlicet subiungitur verbis adventus et discessus, quae tum per *adducere*, *afferre*, *abducere*, *auferre*, exponuntur: ut أَتَوْا بِكِتَابٍ *attulerunt librum*; ذَهَبُوا بِالْفَتَى *abduxerunt puerum* vel *iuvenem*.
4. significat *per*: ut بِأَبِى *per patrem meum*.

5. valet *propter* : ut بِدُخُولِكَ *propter introitum tuum*.

6. est iurandi particula : ut بِاللّٰهِ *per Deum*, بِالْأَرْضِ *per terram*.

7. nominativo praefigitur pleonastice : ut اللّٰهُ بِقَدِيرٍ *Deus est in potente*, id est, *potens*; أَنَا بِمُؤْمِنٍ *ego sum in credente*, id est, *credens*.

8. constructioni verborum peculiariter inservit : ut مَرَّ بِي *praeteriit me*.

ت

praefigitur nomini اللّٰهُ cum fatha, estque iurandi particula : ut تَاللّٰهِ *per Deum*.

س

cum fatha futuro praefigitur, et valet *post*, vide pag. 37.

ف

habet fatha, et significat *ac*, *dein*; subiungitque praecedenti id quod re ipsa posterius est, et sequitur, sed sine mora; quo differt a ثُمَّ. Initio tamen sententiae, et post dictiones completivas saepe redundat, et completiva est. Emphasin egregiam importat, et per *igitur* commode saepe reddatur, cum imperativo praefigitur. Exempla passim sunt obvia.

ك

fatha quoque possidet, et significat *sicut*, *instar*, regitque genitivum, nec admittit affixa : ut كَرَجُلٍ *sicut vir*.

ل

1. est dativi nostri nota, regitque genitivum, ac obtinet kesra; ut لِرَبٍّ *domino* : cum affixis tamen habet fatha, ut لَكَ *tibi*.

2. significat *ob*, *propter*, cum kesra: ut ضَرَبْتُهُ لِكَذِبِهِ *verberavi eum ob mendacium eius*.

3. denotat *ad*: ut ضَرَبْتُهُ لِلتَّأْدِيبِ *verberavi eum ad erudiendum*.

4. iuramenti cum admiratione particula: et لِلّٰهِ *per Deum!*

5. cum fatha, est vocationis ad opem nota: ut يَا لَزَيْدٍ *o Zaide adiuva*.

6. per pleonasmum eleganter vocibus praefigitur cum fatha, nec mutationem ullam inducit; cum alibi, tum maxime initio praedicati, cuius subiectum ante se habet إِنَّ: ut إِنَّ ٱللّٰهَ لَقَدِيرٌ *etenim* seu *utique Deus est potens*; إِنَّ ٱللّٰهَ لَفِي ٱلسَّمَاءِ *etenim Deus est in caelo*, إِنَّ ٱللّٰهَ لَيُحِبُّ ٱلْمُؤْمِنِينَ *namque*, *equidem*, *Deus amat fideles*.

7. praefigitur praeterito cum fatha, vertitque id in optativum, vide pag. 36.

8. praefigitur futuro cum kesra, et tunc aut format ex eo imperativum, inducitque apocopen; aut significat *ut*, inducitque antithesin, vide pag. 41. et 43.

9. peculiariter inservit verbis: ut رَدِفَ لَكُمْ pro رَدِفَكُمْ *eiecit vos*.

و

habet fatha, estque

1. Coniunctio copulativa, *et*, *etiam*; sed non includit ordinem, ut فَ; de quo supra vide sis:

2. iurandi particula, regit genitivum: ut وَرَبِّ *per Dominum*.

3. Praepositio aequivalens *cum*, et regit accusativum: ut جَاءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ *venit Imperator cum exercitu*.

Appendix.

م et ع videntur quoque serviles esse in مِمَّا et عَمَّا pro مِنْ مَا et عَنْ مَا.

CAPUT SECUNDUM.

De particulis separatis.

Particulas separatas more nostro visum est distinguere in adverbia, coniunctiones, praepositiones, et interiectiones: quae omnes immutabiles sunt.

Adverbia loci.

أَيْنَ, حَيْثُ *ubi*; et hinc مِنْ أَيْنَ, مِنْ حَيْثُ *unde*; إِلَى أَيْنَ, إِلَى حَيْثُ *quo*: حَيْثُمَا, أَنَّى *ubicunque*: هُنَا, هَهُنَا, et هَاهُنَا *hic*; هُنَاكَ, هُنَالِكَ *illic*; مِنْ هُنَا *hinc*, مِنْ هُنَاكَ *illinc*; إِلَى هُنَا *huc*, إِلَى هُنَاكَ *illuc*, etc.

Temporis.

مَتَى *quando*, *cum*: قَدْ *iam*, *ante*; cum praeterito; *interdum* cum futuro, saepe etiam cum praet. vacat, aut indicat praeteritum non venire loco futuri vel praesentis, aut emphasin solum aliquam importat; ut et فَقَدْ et لَقَدْ. قَطُّ *unquam*; ثُمَّ et ثُمَّتَ *deinde*: إِذْ, إِذَا, إِذْ مَا et أَيَّانَ *quum*: يَوْمَ, حِينَ et يَوْمَئِذٍ, حِينَئِذٍ *tunc*: لَمَّا, إِذْ, بَعْدُ, مِنْ بَعْدِ مَا *postquam*: سَوْفَ, سَوْ, سَفْ, سَيْ *post*: قَبْلَ هٰذَا *antehac*, بَعْدَ هٰذَا *posthac*, حَتَّى, حَتَّى إِذَا, حَتَّى أَنْ et إِلَى أَنْ *donec*: قُبَيْلَ et

مِن قَبْلُ antea : بَعْدُ et مِن بَعْدُ postea ; et مِن قَبْلِ أَن antequam .

Vocandi.

أَ propinquum vocat, de quo supra ; أَيْ mediocriter distans ; آ , أَيَا et هَيَا remotum ; يَا omnia : et sequente articulo , أَيُّهَا et يَا أَيُّهَا , et faem. أَيَّتُهَا et يَا أَيَّتُهَا o .

Demonstrandi.

إِذْ , إِذَا , هَا , هُوذَا , هَاهُوذَا , هَاأَنَذَا , faem. هَاأَنَذِهْ , ecce .

Interrogandi.

أَ , هَلْ , رُبَّ , an , numquid ? أَمَا , أَلَا , أَفَلَا , أَوَلَا , أَلَمْ , أَفَلَمْ , أَوَلَمْ , an non ?

Affirmandi.

إِي , نَعَمْ , بَلَى , جَيْرِ , أَجَلْ , إِنَّ , etiam : أَمِينْ amen .

Negandi.

لَا non et ne prohib. كَلَّا nequaquam , minime gentium . مَا , لَمْ , لَيْسَ non (sed hoc ultimum modo praeteriti quoque coniugatur , venitque pro verbo substantivo negante : ut لَيْسَ non est , لَسْتُمْ non estis , etc.) إِنْ idem , sed non nisi sequente إِلَّا nisi ; لَمَّا idem , et nondum ; لَنْ nequaquam .

Alia.

كَيْفَ , أَنَّى quomodo , كَيْفَمَا quomodocunque , لِمَا , et لِمَ , quare , فَقَطْ solum , semper postponitur , إِنَّمَا solummodo , tantum : لَيْتَ , يَا لَيْتَ utinam , o utinam : لَعَلَّ fortasse : رُبَّ idem , et interdum ; sed regit genitivum , seu nominativo dat

genitivi terminationem : إِذَنْ *age* : إِذًا idem , et *utique* : كَأَنَّ *sicuti* : كَمَا *ac si* : كُلَّمَا *quotiescunque* .

Reliqua.

Reliqua adverbia fere exprimuntur per accusativos nominum : ut حَسَنًا *bene* , شَرًّا *male* , حَكِيمًا *sapienter* , كَثِيرًا *multum* , جِدًّا *vehementer* , مَعًا *simul* , خَارِجًا *foris* , بَعِيدًا *eminus* , أَوَّلًا *primum* , أَمْسًا *heri* , غَدًا *cras* ; et cum articulo , أَلْيَوْمَ *hodie* , أَلْآنَ *nunc* . Vel per genitivum cum praepositione : ut مِنْ فَوْقٍ *desuper* , إِلَى دَاخِلٍ *intro* , إِلَى ٱلْآنَ *hactenus* , مِنَ ٱلْآنَ *posthac* , etc.

Coniunctiones.

Copulativae , sub quibus et disiunctivae et adversativae continentur : ثُمَّ *et* , *deinde* ; حَتَّى idem : أَوْ , أَمَّا *vel* , *aut* ; أَمْ *an* , *vel* , بَلْ , لَكِنْ et لَكِنَّ *sed* : لَا *non autem* .

Causales.

إِنَّ *nam* , *etenim* , *utique* ; أَنَّ , أَنَّهُ et أَنَّ *quod* ; لِأَنَّ *quia* ; أَنْ , حَتَّى , كَيْ , لِكَيْ , كَيْمَا , لِكَيْمَا , *ut* : أَلَّا , لِئَلَّا , كَيْلَا , لِكَيْلَا *ne* : بِمَا *eo quod* , لَوْ *si* , de praeterito ; إِنْ لَئِنْ idem , de futuro , لَوْمَا , لَوْ لَا , إِلَّا et هَلَّا *nisi* : وَإِنْ , وَلَوْ , et رُبَّمَا *etsi* , *quamvis* , مِنْ ثَمَّ *propterea* .

Completivae.

أَمَّا , إِنَّ , أَنَّ , إِنَّمَا , فَأَمَّا , وَأَمَّا , فَإِنَّ , etc. *autem* .

Praepositiones.

مِن *a*, *ab*, *ex*, *de*, et saepe pleonastice nomini apponitur إِلَى *ad*, *cum*: حَتَّى *usque ad*, *donec*; *cum*, فِى *in*, *super*, *de*, عَن *a*, *de*: عَلَى *super*, *de*, لَدَى, لَدُنْ, et interdum لَدْنِ, لَدُن, لَدِن, لَدْن, لَدُ, لَدْ, لُدْ, *apud*; مِنْ لَدُنْ *a*: مُذْ et مُنْذُ *inde a*, de tempore, حَاشَا, عَدَا, خَلَا, *praeter*. Quae omnia admittunt affixa, praeter حَتَّى, مُذْ et مُنْذُ.

Reliquae autem praepositiones, exprimuntur per nomina substantiva adverbialiter posita, id est, in casu accusativo, sed abiiciente *nun* vocale ob regimen: ut فَوْقَ *supra* تَحْتَ *infra*, قَبْلَ *ante*, قُدَّامَ *ante*, أَمَامَ *coram*, عِنْدَ *apud*, مَعَ *cum*; et دُونَ *praeter*, *et infra* de numero, et *non autem* subintellecta simul praepositione, si qua praecessit, عَبْرَ *trans*, بَدَلَ *pro*, حَوْلَ *circa*, بَيْنَ *inter*, خَلْفَ *post*, شَطْرَ *versus*; et si quae similia: quo pertinent سِوَى سُوَى سَوَآءَ et غَيْرَ *praeter*: quae tamen interdum variant terminationem; ut dicetur libro sequente, vel per genitivum praecedente praepositione: ut مِنْ فَوْقُ *superne*, مِنْ بَعْدُ *post*, مِنْ دُونِ *praeter*, مِنْ أَجْلِ *propter*, لِأَجْلِ, idem, etc.

Interiectiones.

Has docebit facile usus, وَيْلٌ autem *vae* nomen est; et cum articulo الْوَيْلُ dicitur: regitque genitivum cum لِ.

Appendix.

كَمْ ac كَأَيِّنْ et كَائِنْ *quŏt*, et كَذَا *tot*, nomina quidem videntur potius esse quam particulae: sed tamen particularum more immutabilia sunt, quod et nominibus, sonitus animaliumque voces significantibus, et paucis etiam aliis praeteriti aut imperativi valorem obtinentibus contingit: ut غَاقِ *crocitatio*: هَاتِ *da*, *offer*; نَزَالِ *descende*.

Finis libri quarti.

THOMAE ERPENII
GRAMMATICAE ARABICAE
LIBER QUINTUS
DE SYNTAXI.

CAPUT PRIMUM.

De syntaxi nominum.

Concordia substantivi cum adiectivo, relativi cum antecedente, ac nominativi cum verbo eadem hic quaè in aliis linguis. Solum observandum est.

1. Plurale inhumanum (sic voco quod non significat homines) eleganter construi modo singularis faeminini: ut جَنَّاتٌ تَجْرِى مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ *horti sub quibus currunt fluvii*: ubi singularia faeminina هَا et تَجْرِى construuntur cum جَنَّاتٌ et أَنْهَارٌ pluralibus inhumanis.

2. Plurali humano eleganter quoque praeponi verbum singulare, eodem fere genere in praeterito, sed non raro discrepante in futuro: ut قَالَ ٱلنَّاسُ *dixerunt homines*, يَقُولُ ٱلْحُكَمَاءُ et تَقُولُ *dicunt sapientes*, si verbum postponatur, omnia sunt regularia: ut اَلنَّاسُ قَالُوا وَيَقُولُونَ *homines dixerunt et dicent*.

Idem de duali habendum.

3. Adiectivum appositum vocativo vel nomini affecto a vocula لَا cum substantivo suo, interdum non convenire casu.

Caeterum adiectivum et substantivum eandem partem enuntiationis constituentia hic etiam in restrictione et absentia eius

conveniunt, id est, si utrumque pertinet ad subiectum, aut ad praedicatum, ac unum restrictum est, necesse est etiam alterum restringi: ut كِتَابٌ عَظِيمٌ et أَلْكِتَابُ ٱلْعَظِيمُ *liber magnus*, إِبْرَهِيمُ ٱلْأَمِينُ *Abraham fidelis*, أَبِى ٱلْمُكَرَّمُ أَرْسَلَ إِلَىَّ هٰذِهِ ٱلرِّسَالَةَ *pater meus reverendus misit ad me hanc epistolam*. Si vero non constituant illa eandem partem enuntiationis, id non obtinet: ut ٱللّٰهُ قَدِيرٌ *Deus est potens*, هٰذَا كِتَابٌ *hic est liber*.

At substantivum appellativum cum adiuncto adiectivo nomen proprium constituens articulum abiicit: ut بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسِ *domus sanctificata*, id est, *Hierosolyma*; بَابُ ٱلصَّغِيرِ *porta parva*, nomen portae damascenae.

Substantivum cum substantivo genitivo casu iungitur: ut يَدُ ٱلْإِنْسَانِ *manus hominis*: اِبْنُ مَرْيَمَ *filius Mariae*. Sic quoque كَاسُ ذَهَبٍ *cyathus auri*, id est, *aureus*. Item كُلُّ إِنْسَانٍ *universitas hominis*, id est, *omnis homo*, vel *omnes homines*, nam كُلٌّ est substantivum.

Exceptio.

Sed nomen mensurae et ponderis regit mensuratum et ponderatum in accusativo: ut قَفِيزٌ شَعِيرًا *modius*, vel potius *hemimedimnus hordei*; رِطْلٌ زَيْتًا *libra olivarum*.

Observatio I.

Quaedam substantiva assumpto affixo cum praecedente substantivo congruente adiectiva quodammodo fiunt, et constru-

ctionem eorum imitantur : ut نَفْسٌ *anima*, cum affixo alii substantivo appositum valet idem quod *ipse*, *ipsa*, *ipsum*; et كُلٌّ *universitas*, idem quod *totus*, *tota*, *totum* : conveniuntque cum praecedente substantivo, ut حَبِيبٌ نَفْسُهُ *amicus ipse*, quasi dicas, *amicus anima eius*, حَبِيبًا نَفْسَهُ *amicum ipsum*, خُبْزٌ كُلُّهُ *panis totus*, خُبْزٍ كُلِّهِ *panis totius*, etc.

Observatio II.

Numeri cardinales ratione regiminis substantiva sunt, unde a tribus ad decem, et qui supra 99. sunt, regunt numeratum in genitivo, more reliquorum substantivorum; sed minor denario plurale cupit, centenarius et maior eo, singulare: ut ثَلَاثُ جَارِيَاتٍ *tres puellae*; أَرْبَعَةُ رِجَالٍ *quatuor viri*; مِائَةُ رَجُلٍ, *centum viri*; أَلْفُ دِينَارٍ *mille denarii*, reliqui a decem ad centum, ut substantiva ponderis et mensurae, regunt numeratum in accusat. singulari: خَمْسَةَ عَشَرَ دِرْهَمًا *quindecim drachmae*, عِشْرُونَ ذِيبًا *viginti lupi*, etc. quam constructionem sequuntur, كَمْ, كَأَيِّنْ, et كَذَا : ut كَمْ دِرْهَمًا *quot drachmae*? كَأَيِّنْ رَجُلًا *quot viri*? quae cum praepositione regunt genitivum: ut بِكَمْ دِرْهَمٍ *quot drachmis*? كَأَيِّنْ مِنْ رَجُلٍ *quot viri*? at ratione convenientiae adiectiva sunt, et masculina masculinis, faeminina faemininis, communia utrisque apponuntur, ut patet in exemplis allatis. Interdum etiam substantivis postponuntur more reliquorum adiectivorum.

CAPUT SECUNDUM.

De syntaxi verborum.

Verba substantiva et nuncupandi, ut كَانَ *fuit*, صَارَ *factus est*, لَيْسَ *non est*, مَا دَامَ *quamdiu fuit* vel *mansit*, et alia similia, quae esse vel fieri significant aut includunt, quaeque apud Latinos ante et post se nominativum adsciscunt, hic pro secundo nominativo, qui scilicet exprimit praedicatum, assumunt accusativum: ut اَللّٰهُ كَانَ قَدِيرًا *Deus est potens*; زَيْدٌ صَارَ غَنِيًّا *Zaydus factus est dives*; اِبْنُهُ يُسَمَّى مُحَمَّدًا *filius eius vocatur Mohammad*, etc. quod et interdum accidit omisso illo verbo substantivo; cum subiectum habet ante se مَا vel لَا *non*.

Verba activa pleraque accusativum regunt: plurima genitivum, mediante praepositione بِ, لِ, عَنْ, عَلَى, فِى, مِنْ, اِلَى: quod usu discendum, et ex dictionariis.

Verba quaedam usque adeo tenacia sunt praepositionum, ut eas etiam non sequente nomine exigant; ut لَا أَقْدِرُ عَلَى أَنْ أَقُولَ *non possum super ut dicam*, id est, *nequeo dicere*.

Instrumentum per genit. praefixo بِ effertur. Motus ad rem, cum اِلَى et فِى; a re, cum عَنْ et مِنْ. Sed nota, verba veniendi etiam per ellipsin praepositionis اِلَى cum accusativo eleganter construi: ut جَاءَنِى *venit ad me*, أَتَيْتُكَ *veni ad te*; pro جَاءَ اِلَىَّ, أَتَيْتُ اِلَيْكَ.

Ad *quando* et *quamdiu* respondetur per accusativum; ad *quanto tempore*, per genitivum, praemisso فِى.

Gerundium in *do*, seu participium quomodo res geratur

explicans, per accus. participii activi effertur: ut جاء راكبًا *venit equitans*, seu *equitando*, يأكل واقفًا *edit stans*, صرخ نائمًا *vociferatur dormiens*.

Gerundium in *dum*, vel, ut verbo dicam, *finis*, per accus. nominis verbalis exprimitur: ut ضربته تأديبًا *verberavi eum ad erudiendum*, id est, *ut erudirem eum*.

Quod Latini ponunt post *quoad* vel *ratione*, *respectu*, id per nudum acc. hic effertur: ut طابَ اسحاق نفسًا *bonus est Isaac quoad animam*; لا ماتَ يسوع الاهيّةً بل ماتَ ناسوتًا *non mortuus est Iesus ratione naturae divinae, sed mortuus est ratione naturae humanae*.

Infinitivus verbo suo, aut alii eiusdem notionis significationis augendae causa appositus, est casus accusativi; ut ضربته ضربًا *verberavi eum verberando*; قمتُ وقوفًا *steti stando*.

Atque in his omnibus accusativi terminatio adverbialem significationem nomini videtur inducere.

Pro infinitivo autem nostro adhibetur verbale: ut أريد ضربًا *cupio verberationem*, id est, *verberare*, vel cum praepos. لا أقدر على الضرب *non possum verberare*: aut futurum praeposito أنْ, ut أريد أن أسمع *cupio audire*.

Sed verba notitiae et opinionis eleganter adsciscunt duplicem accusativum: ut ظننتُ أباك غنيًا *opinor patrem tuum esse divitem*, علمتُ زيدًا بخيلًا *scio Zaydum avarum esse*.

CAPUT TERTIUM.

De syntaxi particularum.

Coniunctiones copulativae similes casus coniungunt: secus tamen interdum accidit, cum nomen praecedens est vocativus; aut nominativus cum accusativi terminatione: qua de re alias.

Praepositiones omnes tum coniunctae tum separatae regunt genitivum: بِبَيْتٍ *in domo*, فِى بَيْتٍ idem: لِلّٰهِ *Deo*, تَحْتَ مَائِدَةٍ *sub mensa*, etc. sed exceptivae, عَدَا, حَاشَا, خَلَا, saepe quoque accus. regunt; ut قَامَ ٱلْقَوْمُ خَلَا زَيْدٍ et زَيْدًا *stat populus praeter Zaydum*. إِلَّا autem, cum oratio est affirmans, regit accusativum, ut غَرِقَ ٱلنَّاسُ إِلَّا نُوحًا *submersi sunt homines praeter Noachum*; si negans, et nomen unde sit exceptio subticeatur, exceptum nominis subintellecti casum accipit: ut مَا قَامَ إِلَّا زَيْدٌ *non stat* (scilicet, *quisquam*) *nisi Zaidus*, مَا رَأَيْتُ إِلَّا نُوحًا *non vidi nisi Noachum*, si vero exprimatur illud nomen, exceptum indifferenter aut eiusdem cum illo casus est, aut accusativi: ut مَا قَامَ أَحَدٌ إِلَّا نُوحٌ et إِلَّا نُوحًا *non stat quisquam praeter Noachum*, غَيْرُ autem سُوَى, سِوَى, et سَوَآء, regulariter perpetuo regunt genitivum; sed ipsae terminationem mutant eo modo quo exceptum per إِلَّا: nam in affirmatione terminantur fatha; in negatione, ea vocali qua nomen praecedens, aut fatha, si nomen illud exprimatur: ut خَرَجَ ٱلْقَوْمُ غَيْرَ زَيْدٍ *egressus est populus praeter Zaidum*, مَا

خرج غير زيد *non est egressus nisi Zaidus* ; et in negatione, مَا خَرَجَ إنْسَانٌ مَا ضَرَبْتُ غيرَ زيدٍ *non verberavi nisi Zaidum*, غيرُ زيدٍ et غيرَ زيدٍ *non est egressus quisquam praeter Zaidum*, etc. Observa autem per hanc voculam غير solere exprimi nostra composita per *in* : ut غير مكمّل *imperfectus*, غير مكمّلة *imperfecta*.

FINIS.

أَمْثَالُ لُقْمَانَ ٱلْحَكِيمِ

FABULAE LOCMANI SAPIENTIS.

❋ أَسَدٌ وَثَوْرَانِ ❋

أَسَدٌ مَرَّةً خَرَجَ عَلَى ثَوْرَيْنِ فَٱجْتَمَعَا جَمِيعًا وَكَانَا يَنْطَحَانِ بِقُرُونِهِمَا وَلَا يُمَكِّنُهُ مِنَ ٱلدُّخُولِ بَيْنَهُمَا فَٱنْفَرَدَ يَأْخُذُهُمَا وَيَخْدَعُهُمَا وَأَوْعَدَهُمَا أَلَّا يُعَارِضُهُمَا وَأَنْ يَتَخَلَّى أَحَدُهُمَا مِنْ صَاحِبِهِ. فَتَخَلَّى أَحَدُهُمَا وَٱفْتَرَسَهُمَا جَمِيعًا *

❋ هٰذَا مَعْنَاهُ ❋

أَنَّ مَدِينَتَيْنِ إِذَا ٱتَّفَقَ عَلَى رَأْيٍ وَاحِدٍ أَهْلُهُمَا فَإِنَّهُ لَا تُمَكَّنُ مِنْهُمَا عَدَوَاتٌ. فَإِذَا ٱفْتَرَقَا هَلَكَا جَمِيعًا *

LEO ET DUO TAURI.

Leo aliquando egressus est contra duos tauros, qui simul congregati cornibus suis feriebant, ita ut ingredi inter eos non posset : unde desiit eos invadere et petere, promisitque eis se non adversaturum eis, etiamsi recederet alter a socio suo. Recessitque alter : atque ille simul dilaceravit utrumque.

Significat hoc,

Duabus civitatibus, cum cives earum consilio conveniunt, praevalere non posse inimicitias ; at discordes si sint, simul eas perire.

Notae.

Aliquando. Arabice *semel*, *una vice*: ut nos dicimus *una volta*, une fois.

Petere. Verbum خدع non solum *fallere* significat; sed etiam *insistere*, *rei alicui incumbere et operam dare*, quae notio huius mihi loci esse videtur. * Malim legere فانقود وياخذ يخدعهما *seorsim recessit abstititque*, et *eos petere coepit fraude*.

❋ غزال ❋

ايل يعنى غزال مرة عطش فأتى الى عين ماء يشرب. فنظر خياله فى الماء فحزن لدقة قوايمه وسر وابتهج لعظم قرونه وكبرها وفى الحال خرج عليه الصيادون فانهزم منهم. فاما هو فى السهل فلم يدركوه فلما دخل فى الجبل وعبر بين الشجر فلحقوه الصيادون وقتلوه. فقال عند موته الويل لى انا المسكين الذى ازدريت فيه هو خلصنى. والذى رجوته اهلكنى ❋

CERVUS.

Cervus cum aliquando sitiret, ad aquae venit fontem ut biberet, viditque imaginem sui in aqua, ac tristatus est ob pedum suorum gracilitatem. Gavisus vero est et superbivit cornuum magnitudine et excellentia. Ac statim egressi contra eum sunt venatores, a quibus fugit: cum autem in planitie esset, non assequuti sunt eum: at cum montem deinde ingressus esset, et inter arbores transiret, ceperunt eum venatores, atque occiderunt. Dixitque moriturus: vae mihi misero, quod me servavit, id vilipendi, in eo confisus sum quod me perdidit.

Notae.

Cervus. Textus habet, *ajul*, (potius *ijjel et ojjel*) id

est, *cervus*. Explicatur vox obscurior, et apud Hebraeos quam Arabes usitatior ايل per notiorem غزال: sic fabella XIII. *bauda*, id est, *culex*.

Ut biberet. ل, id est, *ut*, hic et frequenter alibi in hac constructione omittitur.

❋ غَزَالٌ ❋

غَزَالٌ مَرَّةً مَرِضَ فَكَانَ أَصْحَابُهُ مِنَ ٱلْوُحُوشِ يَأْتِي إِلَيْهِ وَيُودِعُهُ وَيَرْعَى مَا حَوْلَهُ مِنَ ٱلْحَشِيشِ وَٱلْعُشْبِ. فَلَمَّا فَاقَ مِنْ مَرَضِهِ ٱلْتَمَسَ شَيْأً لِيَأْكُلَهُ فَلَمْ يَجِدْ. فَهَلَكَ جُوعًا *

❋ هٰذَا مَعْنَاهُ ❋

مَنْ كَثُرَ أَهْلُهُ كَثُرَتْ أَحْزَانُهُ *

CERVUS.

Cervus aliquando cum aegrotaret, ad eum venerunt socii eius de feris, et custodiverunt eum, graminaque et herbas quae circum eum erant absumpserunt: is autem cum convaluisset, quaesivit quod ederet, nec invenit quicquam; unde periit fame.

Hoc significat,

Multiplicari dolores eius, cuius familia multiplicatur.

Notae.

Convaluisset. Arabice est: *cum a morbo suo surrexisset*. Qui modus loquendi et Belgis est familiaris.

❋ أَسَدٌ وَثَعْلَبٌ ❋

أَسَدٌ مَرَّةً ٱشْتَدَّ عَلَيْهِ حَرُّ ٱلشَّمْسِ فَدَخَلَ إِلَى بَعْضِ ٱلْمَغَايِرِ يَتَظَلَّلُ بِهَا فَلَمَّا رَبَضَ أَتَى إِلَيْهِ جُرَذٌ يَمْشِي عَلَى ظَهْرِهِ فَوَثَبَ

قَايِمًا فَنَظَرَ يَمِينًا وَيَسَارًا وَهُوَ خَايِفٌ مَرْعُوبٌ . فَنَظَرَهُ ٱلثَّعْلَبُ
فَتَضَحَّكَ عَلَيْهِ فَقَالَ لَهُ ٱلْأَسَدُ لَيْسَ مِنَ ٱلْحِرْذَوْنِ خَوْفِي إِنَّمَا
أَكْبَرُ عَلَى إِحْتِقَارِي *

* هٰذَا مَعْنَاهُ *

أَنَّ ٱلْهَوَانَ عَلَى ٱلْعَاقِلِ أَشَدُّ مِنَ ٱلْمَوْتِ *

LEO ET VULPES.

Leo aliquando cum molestus ei esset calor solis, ingressus est speluncam quandam, umbram in ea captans. Postquam autem procubuit, venit ad eum stellio, ambulans super dorso eius: unde subsiliit surgendo, et prospexit dextrorsum, ac sinistrorsum, timens et perterritus: viditque eum et irrisit vulpes: cui dixit leo: non metuo a stellione, sed graviter fero contemni me.

Hoc significat,

Despectionem sapienti ipsa morte graviorem esse.

Notae.

In speluncam quandam. Arabice *in quandam speluncarum*. Observent autem studiosi, vocem بعض, quae collective passim accipitur, et *quosdam*, *nonnullos*, *partem* significat, etiam singulariter interdum sumi pro احد et احدى, sine ullo tamen generis respectu; ut hic et locis aliquot aliis in hoc opusculo.

* اكبر *graviter fero*: seu *indignor*. Est autem proprie التكبير, *dicere*, الله اكبر *Alláho Acbar*: quam formulam in الصلاة *precatione sacra* usurpare solent; nec non extra Dei cultum, in perculsi animi admiratione, indignatione, et metu.

* أَسَدٌ وَثَوْرٌ *

أَسَدٌ مَرَّةً أَرَادَ يَفْتَرِسُ ثَوْرًا فَلَمْ يَجْسُرْ عَلَيْهِ لِشِدَّتِهِ فَمَضَى إِلَيْهِ

ليحتال عليه قايلا اعلم . انني قد ذبحت خروفا سمينا اشتهي
ان تاكل عندي في هذه الليلة خبزا . فاجابه الى ذلك . فلما وصل
الى الموضع ونظره اذا قد استعد الاسد حطبا كثيرا وخلاقين
كبارا فولى الثور هاربا . فلما عاين ذلك فقال له الاسد . لماذا وليت
بعد مجيك الى هاهنا . قال له الثور لانني علمت ان هذا
الاستعداد لما هو اكبر من الخروف *

☼ هذا معناه ☼

ان ما سبيل العاقل ان يصدق عدوه ولا يانس اليه *

LEO ET TAURUS.

Leo aliquando cum vellet dilacerare taurum, nibil contra eum est ausus, ob robur eius; abiitque ut deciperet eum, dicens: scito me agnum pinguem mactavisse: cupio ut hac nocte cibum apud me sumas. Quod is facturum se promisit. Ut autem ad locum pervenit, eumque vidit, ecce, praeparaverat leo ligna multa, et ollas magnas: abiitque taurus fugiens: quod ut vidit leo, dixit ei; cur abis postquam huc advenisti? Respondit taurus. Quia scio hunc apparatum esse rei alicui maiori agno.

Hoc significat,

Non oportere sapientem credere inimico suo, aut associari (seu potius familiarem esse) illi.

Notae.

Cibum. Arabice est *panem*: sed *edere panem* Arabibus est *cibum sumere*.

Promisit. Arabice, *respondit ei ad hoc*, id est *annuit*, *non recusavit*. Phrasis elegans, et passim obvia.

Ollas. Arab. خلاقين quam ego vocem alibi non memini

me legere, unde nec satis certo scio quid significet: sed suspicor id esse quod, dixi. * Utique singulare eius est خلقين *chalkinon*, nempe graec. χαλκεῖον, *ahenum*.

Oportere. Arabice, *non esse semitam sapientis*.

Associetur. انس est *socium esse*, *associari*, unde انس *inson*, انسان *insanon*, et انسى *insiion*, *hominem* significant, quod animal sit sociabile. * Hic potius *familiarem esse* reddi posset.

✱ أَسَدٌ وَثَعْلَبٌ ✱

أَسَدٌ مَرَّةً شَاخَ وَضَعُفَ وَلَمْ يَقْدِرْ عَلَى شَيْءٍ مِنَ ٱلْوُحُوشِ فَأَرَادَ أَنْ يَحْتَالَ لِنَفْسِهِ فِي ٱلْمَعِيشَةِ فَتَمَارَضَ وَأَلْقَى نَفْسَهُ فِي بَعْضِ ٱلْمَغَايِرِ وَكَانَ كُلَّمَا أَتَاهُ شَيْءٌ مِنَ ٱلْوُحُوشِ لِيَعُودَهُ ٱفْتَرَسَهُ دَاخِلَ ٱلْمَغَارَةِ وَأَكَلَهُ. فَأَتَى ٱلثَّعْلَبُ إِلَيْهِ فَوَقَفَ عَلَى بَابِ ٱلْمَغَارَةِ مُسَلِّمًا عَلَيْهِ قَايِلًا لَهُ. كَيْفَ حَالُكَ يَا سَيِّدَ ٱلْوُحُوشِ فَقَالَ لَهُ ٱلْأَسَدُ لِمَاذَا لَا تَدْخُلُ يَا أَبَا ٱلْحُصَيْنِ فَقَالَ لَهُ ٱلثَّعْلَبُ يَا سَيِّدُ قَدْ كُنْتُ عَوَّلْتُ عَلَى ذَلِكَ غَيْرَ أَنَّنِي أَرَى عِنْدَكَ آثَارَ أَقْدَامٍ كَثِيرَةٍ قَدْ دَخَلُوا وَلَا أَرَى أَنْ خَرَجَ مِنْهُمْ وَلَا وَاحِدٌ ✱

✱ هَذَا مَعْنَاهُ ✱

أَنْ مَا سَبِيلُ ٱلْإِنْسَانِ أَنْ يَهْجُمَ عَلَى أَمْرٍ إِلَّا حَتَّى يُمَيِّزَهُ ✱

LEO ET VULPES.

Leo aliquando cum senuisset et debilis factus esset, nec praevaleret ulli ferarum, voluit sibi dolo acquirere victum, et morbum simulans, se in speluncam quandam abiecit. Accidit autem ut quotiescunque accederet ad eum ferarum ali-

qua ipsum custoditura, eam in specu dilaceraret, et devoraret. Venitque ad eum vulpes, et substitit ad ostium speluncae, ac salutavit eum, dicens: qualis est status tuus, o princeps ferarum? Dixitque ei leo: quamobrem non ingrederis, o pater pulchri? Respondit vulpes: considerem ego in hoc, domine, nisi viderem apud te vestigia multorum pedum, qui ingressi sunt, quorum ne unum quidem video egressum esse.

Hoc significat,

Non oportere hominem rem aliquam aggredi, antequam probe eam perpenderit.

Notae.

* ليودعه Hoc in Coni. II. notat *valediceret*, et in Coni. IV. *depositum relinqueret custodiendum*: quorum neutrum hic quadrat. Itaque levi facta metathesi legendum puto يعوده, *visitaret aegrotantem*.

Pater bonitatis vel *pulchritudinis*. Arabismus, in quo أب *venit* pro ذو.

Considerem ego in hoc. id est, *crederem bonis verbis tuis*; *nisi*, *etc*. est enim تعويل *inniti*, *confidere*. * vel *minime veritus eram id facere*.

❋ أسد وانسان ❋

أسد مرة وجد انسانا على الطريق فجعلا يتشاجران بالكلام على القوة وشدة البأس فالاسد كان يطيب في شدته وبأسه فنظر الانسان على حائط صورة رجل وهو يخنق الاسد فضحك الانسان فقال له الاسد لو كان السباع مصورين مثل بني آدم لم كان يقدر الانسان يخنق سبعا بل كان السبع يخنق الانسان ❋

❋ هذا معناه ❋

أن ما يزكى الانسان بشهادة أهل بيته ❋

LEO ET HOMO.

Leo aliquando invenit hominem in via, coeperuntque velitari inter se sermone de virtute et roboris vehementia. Leo quidam suam laudabat virtutem et robur. At homo vidit in pariete figuram hominis strangulantis leonem, ac risit. Leo vero ei dixit: si leones pictores essent, ut filii hominis, non posset homo strangulare leonem; sed leo strangularet hominem.

Hoc significat,

Non iustificari quemquam testimonio domesticorum suorum.

Notae.

Coeperunt. Verbum جعل hic et linea sequenti servile est, ut verbum كان: et sic passim alibi.

Filii hominis, seu *filii Adami*, id est homines, phrasis est Arabibus etiam valde usitata.

✱ غَزَالٌ وَأَسَدٌ ✱

غَزَالٌ مَرَّةً مِنْ خَوْفِهِ مِنَ ٱلصَّيَّادِينَ ٱنْهَزَمَ إِلَى مَغَارَةٍ فَدَخَلَ إِلَيْهِ ٱلْأَسَدُ فَٱفْتَرَسَهُ فَقَالَ فِي نَفْسِهِ ٱلْوَيْلُ لِي أَنَا ٱلشَّقِيُّ لِأَنِّي هَرَبْتُ مِنَ ٱلنَّاسِ وَوَقَعْتُ فِي يَدِ مَنْ هُوَ أَشَدُّ مِنْهُمْ بَأْسًا *

✱ هٰذَا مَعْنَاهُ ✱

مَنْ يَفِرُّ مِنْ خَوْفٍ يَسِيرٍ يَقَعُ فِي بَلَاءٍ عَظِيمٍ *

CERVUS ET LEO.

Cervus (vel dorcas) aliquando timens sibi a venatoribus fugit in antrum, ingressusque ad eum est leo, ac dilaceravit eum, dixitque secum; vae mihi misero, qui ab hominibus fugi, et incidi in manum eius qui vehementior illis est robore.

Hoc significat,

Eum, qui fugit prae timore parvo, incidere in infortunium magnum.

Notae.

Secum. Arab. *in anima sua*, id est, *apud se*.
Manum. id est, *potestatem*: ut in aliis linguis.

✻ غَزَالٌ وَثَعْلَبٌ ✻

غَزَالٌ مَرَّةً عَطِشَ فَجَاءَ اِلَى عَيْنِ مَاءٍ يَشْرَبُ وَكَانَ ٱلْمَاءُ فِى جُبٍّ عَمِيقٍ ثُمَّ إِنَّهُ لَمَّا رَامَ عَلَى ٱلطُّلُوعِ لَمْ يَقْدِرْ فَنَظَرَ ٱلثَّعْلَبُ فَقَالَ لَهُ يَا أَخِى أَسَيْتَ فِى فِعْلِكَ إِذْ لَمْ تُمَيِّزْ طُلُوعَكَ قَبْلَ نُزُولِكَ ✻

✻ هٰذَا مَعْنَاهُ ✻

أَلَّذِى يَنْزِلُ إِلَى أَسْفَلِ ٱلْبَحْرِ وَلَا يَعْرِفُ يَعُومُ حَتَّى إِلَى فَوْقِ وَجْهِ ٱلْمَاءِ ✻

CERVUS ET VULPES.

Cervus aliquando cum sitiret, venit ad fontem aquae, ut biberet: erat autem aqua in puteo profundo, unde cum ille deinde conaretur ascendere, non potuit. Viditque eum vulpes, et dixit ei: o frater mi, fecisti male quod non perpenderis ascensum tuum ante descensum tuum.

Hoc significat,

Hominem, qui descendit in imum maris, neque scit natare, donec super facie eius sit aqua.

Notae.

Fecisti male. Ad verbum, *deliquisti in actione tua*.

* Estque اسيت pro اسات : nam thema est , ساء pro سوء , idem quod in coni. IV. scil. *male fecit*; et opponitur احسن.

Significat hominem . id est , *fabula est in hominem* : et sic post aliquoties , cum videlicet accusativum non sequitur infinitivus .

✻ ارانب وثعالب ✻

النسور مرة وقعت بينهم وبين الارانب حربة فمضوا الارانب الى الثعالب يسومون منهم الحلف والمعاضدة على النسور فقالوا لهم لو لا عرفناكم ونعلم لمن تحاربون لفعلنا ذلك *

✻ هذا معناه ✻

ان سبيل الانسان الا يحارب لمن هو اشد باسا منه *

LEPORES ET VULPES.

Ortum aliquando inter aquilas et lepores est bellum : abieruntque lepores ad vulpes , petentes ab iis contrarietatem et resistentiam contra aquilas . At dixerunt eis : nisi nossemus vos , et sciremus quibuscum bellum geritis , utique faceremus illud .

Hoc significat ,

Non decere hominem ut cum eo belligeret , qui plus ipso virtute pollet .

Notae .

* الحلف والمعاضدة : malim legere الحلف 'l,hilfa, *ut in foedus coirent opemque ferrent* .

✻ ارنب ولبوة ✻

ارنب مرة عبر على لبوة فقالت انا انتج في كل سنة اولادا

كَثِيرِينَ وَأَنْتِ إِنَّمَا تَلِدِينَ فِي كُلِّ عُمْرِكِ وَاحِدًا أَوِ ٱثْنَيْنِ فَقَالَتْ
لَهُ ٱللَّبُوَةُ صَدَقْتَ غَيْرَ إِنَّ وَإِنْ كَانَ وَاحِدًا فَهُوَ سَبْعَةٌ *

✻ هٰذَا مَعْنَاهُ ✻

أَنَّ وَلَدًا وَاحِدًا مُبَارَكًا خَيْرٌ مِنْ أَوْلَادٍ كَثِيرِينَ عَاجِزِينَ *

LEPUS ET LEAENA.

Lepus quidam aliquando adortus est (*vel proprie* praeteriit, transiit iuxta *vel* ad) leaenam, dicens: pario ego singulis annis complures filios (*seu* foetus); tu autem tota tua aetate solummodo unum aut duos. Dixit ei leaena: credo; sed ille, licet unus sit, septem valet.

Hoc significat,

Quod filius unus probus praestat pluribus ignavis.

Notae.

Septem valet. Arab. *est septem*. * Potius سَبُعَةٌ legendum, reddendumque, *est leaena*.

Probus. Proprie *benedictus*.

✻ إِمْرَأَةٌ وَدَجَاجَةٌ ✻

إِمْرَأَةٌ كَانَ لَهَا دَجَاجَةٌ تَبِيضُ فِي كُلِّ يَوْمٍ بَيْضَةً فِضَّةً فَقَالَتِ
ٱلْإِمْرَأَةُ فِي نَفْسِهَا إِنْ أَنَا كَثَّرْتُ عَلَفَهَا تَبِيضُ بَيْضَتَيْنِ فَلَمَّا كَثَّرَ
عَلَفُهَا اِنْشَقَّتْ حَوْصَلَتُهَا فَمَاتَتْ *

✻ هٰذَا مَعْنَاهُ ✻

أَنَّ نَاسًا كَثِيرِينَ بِسَبَبِ رِبْحٍ كَثِيرٍ يُهْلِكُونَ رَأْسَ مَالِهِمْ *

MULIER ET GALLINA.

Mulieri cuidam erat gallina singulis diebus ovum pariens argenteum. Dixitque mulier secum: si multiplicavero cibum eius, pariet ova bina. Ut autem cibus eius fuit auctus, rupta est ingluvies eius, et mortua est.

Hoc significat,

Multos homines quaestus multi causa perdere caput opum suarum.

Notae.

Caput opum, id est, quod Arabes uno verbo dicunt بضاعة id est, *summa principalis* quae faenori exponitur, *il capitale* nostratibus.

✻ بَعُوضَةٌ وَثَوْرٌ ✻

بَعُوضَةٌ يَعْنِي نَامُوسَةٌ وَقَفَتْ عَلَى قَرْنِ ثَوْرٍ فَظَنَّتْ أَنَّهَا ثَقُلَتْ عَلَيْهِ فَقَالَتْ لَهُ إِنْ كُنْتُ قَدْ ثَقُلْتُ عَلَيْكَ أَعْلِمْنِي حَتَّى أَطِيرَ عَنْكَ فَقَالَ ٱلثَّوْرُ يَا هَذَا مَا شَعَرْتُ لِمَنْ نَزَلْتِ وَلَا أَدْرِي لِمَنْ ضَرَرْتِ ✻

✻ هَذَا مَعْنَاهُ ✻

مَنْ يَطْلُبُ أَنْ يَجْعَلَ لَهُ ذِكْرًا وَمَجْدًا وَهُوَ ضَعِيفٌ حَقِيرٌ ✻

CULEX ET TAURUS.

Culex, quae et bauda (*arabice*) dicitur, constitit super cornu tauri, ac arbitratus est se oneri ei esse, dixitque ei: si oneri tibi sum, dic id mihi; ut a te avolem. Respondit ei taurus: o tu, non animadverti in quem descenderis, neque scio cui noceas.

Hoc significat,

Hominem, qui quaerit sibi ponere famam et gloriam cum debilis sit et contemptibilis.

❋ انسانٌ والموتُ ❋

انسانٌ مرّةً حمل جرزةَ حطبٍ فثقلت عليه فلمّا أعيا وضجر من حملها رمى بها عن كتفه ودعا على روحه بالموت فشخص له قايلا هوذا أنا لماذا دعوتني فقال له الانسان دعوتك لترفع هذه جرزة الحطب على كتفي *

❋ هذا معناه ❋

انّ العالم بأسره يحبّ الحياة الدنيا وما يملّ من الضعف والشقاء ❋

HOMO ET MORS.

Homo aliquando ferebat fascem lignorum, qui gravabat eum: cumque lassus factus esset, taedioque afficeretur gestationis eius, abiecit eum ab humero suo, vocavitque ad se mortem; quae se coram eo stitit, dicens: ecce me; cur me vocavisti? Respondit ei homo: vocavi te ut fascem hunc lignorum superimponeres humero meo.

Hoc significat,

Quod universus mundus vitam diligit mundanam, neque lassatur infirmitate, et miseria.

❋ بستانيٌّ ❋

بستانيٌّ يومًا كان ينقّى البقل فقيل له لماذا البقل البرّي بهيّ المنظر وهو غير مخدوم قال البستانيّ تربّيه أمّه وهذا تربّيه امرأة أبيه ❋

هذا معناه

ان تربى الام للاولاد افضل من تربى امراة الاب *

HORTULANUS.

Hortulanus aliquando, cum herbas purgaret (a zizaniis), dictum ei fuit: cur herba silvestris aspectu est speciosa, cum non colatur? Respondit hortulanus: educat eam mater eius; at haec a noverca sua educatur.

Hoc significat,

Praestantiorem esse educationem matris, quam novercae.

Notae.

Noverca. ad verbum, *uxor patris*, phrasi hebraica: nam uno alioqui vocabulo *noverca* Arabibus dicitur رابة, * sc. *Rabbaton*, faem. τοῦ راب, quod proprie est *educator*.

انسان وصنم

انسان كان له صنم فى بيته يعبده وكان يذبح له فى كل يوم ذبيحة فافنى جميع ما يملكه على ذلك الصنم فشخص له قايلا لا تفن مالك على ثم تلومنى لاله آخر *

هذا معناه

من نفق ماله فى الخطية ثم يحتج ان الله افقره

HOMO ET IDOLUM.

Erat homini cuidam idolum domi suae, quod colebat, et cui quotidie sacrificabat sacrificium, consumpsitque omne id quod possidebat propter idolum illud: quod se coram eo sistens, dixit: ne consume opes tuas propter me, et me deinde culpa apud Deum alium.

Hoc significat,

Eum, qui facultates suas erogat in peccato (*seu* peccatum), et deinde queritur (causatur) quod Deus ipsum pauperem fecerit.

※ انسان اسود ※

انسان مرة راى رجلا اسود وهو واقف في الماء يستحم فقال له يا اخي لا تعكر النهر فانك لا تستطيع البياض ولا تقدر عليه ابد الدهر *

※ هذا معناه ※

ان المطبوع لا يغير طبعه *

HOMO NIGER.

Vidit quidam aliquando hominem nigrum, qui in aqua stabat sese lavans; dixitque ei: o frater mi, ne turba (inquina) fluvium: non enim potes albescere, nec albitudinem acquirere in aeternum.

Hoc significat,

Quod a natura quid habens, non mutat naturam suam.

Notae.

Non enim potes. Arabismum hunc latinus sermo non admittit: sic sonat ad verbum; *non potes albescentiam, neque valebis super ea in aeternitatem seculi*; * et potius legendum الابيضاض, Act. a conj. IX.

※ انسان وفرس ※

انسان كان يركب فرسا وكانت حاملا وفيما هو في بعض الطريق انتجت ابنا فتبع امه غير بعيد ثم وقف وقال لصاحبه

يَا سَيِّدِي تَرَانِي صَغِيرًا وَلَا أَسْتَطِيعُ ٱلْمَشْيَ وَمَضَيْتَ وَتَرَكْتَنِي هَاهُنَا
فَهَلَكْتُ وَإِنْ أَنْتَ أَخَذْتَنِي مَعَكَ وَرَبَّيْتَنِي إِلَى أَنْ أَقْوَى فَحَمَلْتُكَ
عَلَى ظَهْرِي وَأَوْصَلْتُكَ سَرِيعًا إِلَى حَيْثُ تَشَآءُ *

* هَذَا مَعْنَاهُ *

أَنَّهُ يَجِبُ أَنْ يُشَدَّ ٱلْمَعْرُوفُ لِأَهْلِهِ وَمُسْتَحِقِّيهِ وَلَا يَطْرَحُوهُ *

HOMO ET EQUULEUS.

Homo quidam vehebatur equa, quae gravida erat: cumque in via quadam esset, peperit filium, (pullum) qui sequutus est matrem suam non longe: deinde substitit, dixitque domino suo: o domine mi, vides me parvum esse, neque posse incedere; si itaque abieris et reliqueris me hic, peribo: at si acceperis me tecum, et educaveris me, donec robustus fiam, feram ego te super dorso meo, et perducam te celeriter, quocunque voles.

Hoc significat,

Oportere, ut quod aequum ac iustum est iis reddatnr qui eo sunt digni, illudque non abiiciunt.

Notae.

Equa. Miror hic فرس faeminine usurpari; alioqui رمك *ramecon* proprie *equam* significat. * فرس est comm. gen. et pec. faem. licet pro eo quoque فرسة *feresaton* dicatur. رمكة autem, non رمك, est *equa vilioris generis*. Ca. in inscriptione pro *hinnulus*, quod aliae editiones habent, reposui *equuleus*; quanquam non proprie ipsa vox فرس, sed vox مهر *muhron*, *equuleum* notet.

Gravida. حامل in faeminino ponitur genere; ita ut عاقر *sterilis*, passim in alkorano.

Via quadam. ut supra *spelunca quadam*: vel, *in partem aliquam viae*; id est; cum aliquousque progressus esset.

Et si abieris. Arabice *abieris*: per ellipsin voculae *si*: quae Turcis est usitatissima.

Res nobilis. معروف est *notus*, *cognitus*, item, *iustus*, *aequus*. Hic *rem praestantia celebrem*, *et omnibus notam* significat, quam et nos *nobilem* dicimus. * Quin et hic المعروف fuerit *id quod aequum et iustum est*, τὸ καθῆκον; contrarium τῷ المنكر *almunkero*: ita uti etiam Graecis usurpantur τὸ γνώριμον et τὸ ἄγνωμον. يشد *cordi et curae sit* verti possit.

❋ إِنْسَانٌ وَخِنْزِيرٌ ❋

إِنْسَانٌ مَرَّةً حَمَلَ عَلَى بَهِيمَةٍ كَبْشًا وَعَنْزًا وَخِنْزِيرًا وَتَوَجَّهَ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ لِيَبِيعَ ٱلْجَمِيعَ فَٱلْكَبْشُ وَٱلْعَنْزُ فَلَمْ يَكُونُوا يَضْرِبَانِ عَلَى ٱلْبَهِيمَةِ وَأَمَّا ٱلْخِنْزِيرُ فَإِنَّهُ كَانَ يُعَرِّضُ دَائِمًا وَلَا يَهْدَى فَقَالَ لَهُ ٱلْإِنْسَانُ يَا أَشَرَّ ٱلْوُحُوشِ لِمَاذَا ٱلْكَبْشُ وَٱلتَّيْسُ مَسْكُوتٌ لَا يُضْرَبَانِ وَأَنْتَ لَا تَهْدَى وَلَا تَسْتَقِرُّ قَالَ لَهُ ٱلْخِنْزِيرُ كُلُّ وَاحِدٍ يَعْلَمُ نَفْسَهُ أَنَا أَعْلَمُ أَنَّ ٱلْكَبْشَ لِصُوفِهِ وَٱلْعَنْزَ يُطْلَبُ لِلَبَنِهَا وَأَنَا ٱلشَّقِيُّ لَا صُوفَ لِي وَلَا لَبَنَ أَنَا عِنْدَ وُصُولِي إِلَى ٱلْمَدِينَةِ أُرْسَلُ إِلَى ٱلْمَسْلَخِ لَا مَحَالَةَ *

❋ هٰذَا مَعْنَاهُ ❋

أَنَّ ٱلَّذِينَ يَعْرِفُونَ فِي ٱلْخَطَايَا وَٱلذُّنُوبِ ٱلَّتِي قَدَّمَتْ أَيْدِيهِمْ يَعْلَمُونَ سُوءَ مُنْقَلَبِهِمْ مَاذَا تَكُونُ آخِرَتُهُمْ *

HOMO ET PORCUS.

Homo aliquando portabat super iumento agnum, capram, et porcum, abiitque in civitatem, ut ea omnia venderet. Agnus autem et capra non percutiebant iumentum: at

porcus continue repugnabat, neque quiescebat: dixitque ei homo: o pessimum animalium, quare agnus et capra silent, nec percutiunt; tu autem non quiescis, nec tranquillus es? Dixit ei porcus: unusquisque novit se ipsum: ego scio quod agnus ob lanam, capra autem ob lac quaeratur. At ego miser, non est lana mihi, neque lac; cum in urbem venero, mittar procul dubio in carnificinam.

Hoc significat,

Eos, qui noverunt peccata et delicta, quae manus eorum commiserunt, agnoscere pravitatem conversationis suae cum finis eorum instat.

Notae.

Animalium. وحوش proprie significat *feras*. * تهدى : leg. يهدا *iahdao*, Hamz. ult. vel يهدن *iahdeno*, مسلخ est *laniena*, proprie *locus ubi excoriatur quid*, aut *exuitur*.

* سوء متقلبهم. lege من سوء تقلبهم, et verte; *qui noti sunt per delicta et peccata a se commissa, cognoscere ex pravitate conversationis suae, quinam futurus sit finis suus.*

❋ سُلَحْفَاةٌ وَأَرْنَبٌ ❋

سُلَحْفَاةٌ وَأَرْنَبٌ مَرَّةً تَسَابَقَا وَجَعَلَا ٱلْحَدَّ بَيْنَهُمَا ٱلْجَبَلَ يَسْتَبِقَانِ إِلَيْهِ أَمَّا ٱلْأَرْنَبُ لِأَجْلِ دِلَّتِهِ وَخِفَّتِهِ وَجَرْيِهِ تَوَانَى فِي ٱلطَّرِيقِ وَنَامَ وَأَمَّا ٱلسُّلَحْفَاةُ فَلِعِلْمِهَا ثِقَلَ طَبِيعَتِهَا لَمْ تَكُنْ تَسْتَقِرُّ وَلَا تَتَوَانَى فِي ٱلْجَرْيِ فَوَصَلَ إِلَى ٱلْجَبَلِ. عِنْدَ مَا ٱسْتَيْقَظَ ٱلْأَرْنَبُ مِنْ نَوْمِهِ فَوَجَدَ ٱلسُّلَحْفَاةَ قَدْ سَبَقَتْ فَنَدِمَ حَيْثُ لَا تَنْفَعُ ٱلنَّدَامَةُ *

❋ هٰذَا مَعْنَاهُ ❋

أَنَّ إِذَا كَانَا ٱثْنَانِ فِي حَرْبٍ فَكَانَ ٱلْوَاحِدُ ضَعِيفًا وَٱلْآخَرُ

قويا فالضعيف لم ينم من خوفه على نفسه فربما أن الضعيف
ظفر بالقوى لمحسب توانيه ويعود يندم حين لا تنفعه الندامة *

TESTUDO ET LEPUS.

Testudo et lepus certarunt aliquando uter alterum anteverteret, et posuerunt inter se termiuum montem, ad quem certatim contenderent. Lepus autem ob subtilitatem, (gracitatem) levitatem, et velocitatem tardavit in via, et dormivit: sed testudo, quod nosset gravitatem naturae suae, non quievit, nec tardavit in cursu; venitque ad montem, cum expergisceretur lepus a somno suo: invenitque testudinem quae anteverterat eum. Paenituitque eum, ubi non prodesset paenitentia.

Hoc significat,

Quod cum duo sunt in certamine, quorum alter est debilis, alter fortis; debilis vero non dormit, quod timeat sibi: saepe contingit, ut debilis fortem vincat, propter negligentiam huius, abeatque paenitens, ubi non prosit ei paenitentia.

Notae.

* دلته. A دل, quod et per ضوى exponitur, *gracilis corpore fuit*: at pro illa voce forte دقته legendum.

* وجربه. بتجربة, non جرب, est *experientia*. Ideoq. legendum puto وجريه, vel في جريه, *et cursum*, vel *in cursu suo*.

* *Invenit*. Vel ita trasferendum, *qui comperit testudinem antevertisse*.

ذيب

ذيب مرة اختطف خنوصا صغيرا وفيما هو ذاهب به لقيه
الأسد فأخذه منه فقال الذيب في نفسه اعتجب كيف شي
اغتصبته لا يثبت معي *

هذا معناه

أن ما يكسب من الظلم لا يقيم مع صاحبه وإن هو
قام معه فلا يتهنى به

LUPUS.

Lupus aliquando porcellum rapuit parvum, et auferenti illud occurrit leo, qui id ei eripuit: dixitque lupus apud se; miror ego quomodo res quam rapui non maneat mecum.

Hoc significat,

Id, qnod per nefas acquiritur, non permanere cum domino suo: et, si maneat, illum non beari eo.

Notae.

Auferenti illud. Ad verbum, *cum abiret cum eo*, vide Gram. p. 122. يتهنى hic est pro يتهنا, hamz. ultima.

العوسج

العوسج قال مرة للبستاني لو ان لي من يهتم بي وينصبني
في وسط البستان ويسقيني ويخدمني لكانوا الملوك يشتهونني
وينظرون زهري وثمري فأخذه ونصبه في وسط البستان في أجود
الأرض وكان يسقيه في كل يوم دفعتين ففشى وقوى شوكه
وأفرعته وأغصانه على جميع الشجر التي حوله فأملت عروقه في
الأرض وامتلأ البستان منه ومن كثرة شوكه ولم يكن أحد أن
يستطيع أن يتقدم اليه *

✿ هَذَا مَعْنَاهُ ✿

مَنْ يُجَاوِرُ انْسَانَ سُوءٍ فَانَّهُ كُلَّمَا أَكْرَمْتَهُ كَثُرَتْ شُرُورُهُ وَتَمَرَّدَ وَكُلَّمَا أَحْسَنْتَ الَيْهِ أَسَاءَ ٱلْفِعْلَ مَعَكَ. *

RUBUS.

Rubus dixit aliquando hortulano : si mihi esset quispiam qui curam mei gereret, meque plantaret in medio horti, et irrigaret me, et coleret me ; utique reges desiderarent me, et aspicerent (contemplarentur) florem meum, et fructum meum. Unde accepit eum, plantavitque in medio horti, in optimo terrae, irrigavitque eum quotidie bis : ac invaluerunt spinae eius, et germina ac rami eius, supra omnes arbores quae circum ipsum erant, et operuerunt folia eius terram, et impletus est hortus ab eo ac multitudine spinarum eius, neque potuit quisquam accedere ad eum.

Hoc significat,

Eum, qui conversatur cum homine malo : hunc enim quotiescunque honoras, multiplicantur malitiae eius, et rebellis est, et quotiescunque bene facis ei, male facit tibi.

Notae.

* عوسج *Rubus*. proprie *rhamnus*. At *rubus* عليق *olleikon* dicitur.
* وافرعته واغصانه *germina eius*. vel lege وتفرعت اغصانه, *et propagati sunt rami eius*.
* فاملت *et operuerunt folia eius terram* : lege فاصلت *feásolet, firmiterque fixae sunt radices eius in terra*.

✿ أَسْوَدُ ✿

أَسْوَدُ فِي يَوْمٍ نَزَعَ ثِيَابَهُ وَأَقْبَلَ يَأْخُذُ ٱلثَّلْجَ وَيُعَرِّكُ بِهِ جِسْمَهُ فَقِيلَ لَهُ مَاذَا تَعْرُكُ جِسْمَكَ بِٱلثَّلْجِ فَقَالَ لَعَلِّي أَبْيَضُ فَأَتَى

رَجُلٌ حَكِيمٌ قَالَ لَهُ يَا هَذَا لَا تُتْعِبْ نَفْسَكَ فَقَدْ يُمْكِنُ أَنْ جِسْمَكَ يُسَوِّدُ ٱلثَّلْجَ وَهُوَ لَا يُزِيلُ ٱلسَّوَادَ *

* هَذَا مَعْنَاهُ *

أَنَّ ٱلشِّرِّيرَ يَقْدِرُ أَنْ يُفْسِدَ ٱلْخَيْرَ وَأَمَّا لَا يَقْدِرُ أَحَدٌ عَلَى إِصْلَاحِ ٱلشِّرِّيرِ *

NIGER.

Niger die quodam exuit vestes suas, incepitque accipere nivem, eaque corpus suum fricare. Dictum autem ei fuit: quare fricas corpus tuum nive? Ait ille, fortassis albescam. Venitque vir quidam sapiens, qui dixit ei: o tu ne afflige te ipsum: fieri enim potest, ut corpus tuum nigram faciat nivem; ipsum autem non amittet nigredinem.

Hoc significat,

Quod malus potest corrumpere bonum: sed nemo potest emendare malum.

Notae.

O tu. Ad verbum, *o hic*. Graeci, ὦ οὗτος.

* خُنْفُسَةٌ وَنَحْلَةٌ *

خُنْفُسَةٌ مَرَّةً قَالَتْ لِنَحْلَةِ ٱلْعَسَلِ لَوْ أَخَذْتِنِي مَعَكِ لَعَمِلْتُ عَسَلًا مِثْلَكِ وَأَكْثَرَ فَأَجَابَتْهَا ٱلنَّحْلَةُ إِلَى ذَلِكَ. فَلَمَّا لَمْ يَقْدِرْ عَلَى مِثْلِ ذَلِكَ ضَرَبَتْهَا ٱلنَّحْلَةُ بِحُمَالِهَا فِيمَا هِيَ تَمُوتُ قَالَتْ فِي نَفْسِهَا لَقَدِ ٱسْتَوْجَبْتُ مَا نَالَنِي مِنَ ٱلسُّوءِ وَلَا يُمْكِنُ لِي عَمَلُ ٱلزِّفْتِ لِمَاذَا أَلْتَمِسُ عَمَلَ ٱلْعَسَلِ *

✱ هذا معناه ✱

أن ناسا كثيرا يحطون أنفسهم بأشياء كثيرة ويدعون
أنهم بها خبيرون فعند ما كشفوا عليها قولهم كذب فيكافون
على قدر فعلهم ✱

ARANEA ET APES.

Aranea aliquando dixit api melliferae: si me tecum sumeres, facerem ego mel sicut tu, et plus eo. Ascultavit ei apes. Cum autem non posset simile quid facere, feriit eam apes aculeo suo: unde mortua est; dicens apud se: digna certe ego sum malo hoc, quod mihi evenit, cum non possum facere picem, cur volui mel facere?

Hoc significat,

Homines multos immiscere se rebus multis, quarum se existimant esse peritos, cumque eas aggrediuntur, sermo eorum est mendax, et accipiunt praemia digna opere suo.

Notae.

* خنفقة. Vox Arabibus non cognita, quod sciam. Itaque vel خزرنقة seu خزرنقا *chazarnakon* legendum est; vel خنفسة *chonfasaton*; at quod non *aranea* est, verum *scarabaeus*.

* *Ausculavit ei apes*, id est, *annuit hoc illi apes*.

* بحمالها *Aculeo suo*. Arabicum sonat, *impetu suo*, quare potius legendum fuerit بحمته *bihomatihi*, a rad. حمو: quod *virus scorpionis*, *etc.* atque *aculeum* notat: nempe a *fervore*, qui pungendo infligi videtur.

* كشفوا. Potius in pass. *custifou* efferendum, *cum manifesti fiunt res eas efficiendo*: nisi quis priori servata lectione, in accus. ponat قولهم *kaulahum*, reddatque, *cum iis rebus conficiendis manifestant* seu *cognoscendum praebent sermonem suum*: atque etiam كذب, in pass. coni. II. *cuddiba* rectius efferatur, *mendacii coarguitur*. potest et pro كشفوا

legi كلفوا *cullifou* vel تكلفوا, id est, *cum adiguntur ad eas res efficiendas*.

※ صَبِيٌّ ※

صَبِيٌّ مَرَّةً رَمَى نَفْسَهُ فِي نَهْرِ مَآءٍ وَلَمْ يَكُنْ يَعْرِفُ يَسْبَحُ فَأَشْرَفَ عَلَى ٱلْغَرَقِ فَٱسْتَعَانَ بِرَجُلٍ عَابِرٍ فِي ٱلطَّرِيقِ فَأَقْبَلَ إِلَيْهِ وَجَعَلَ يَلُومُهُ عَلَى نُزُولِهِ إِلَى ٱلنَّهْرِ فَقَالَ لَهُ ٱلصَّبِيُّ يَا هٰذَا خَلِّصْنِي أَوَّلًا مِنَ ٱلْمَوْتِ وَبَعْدَ ذٰلِكَ لُمْنِي *

※ هٰذَا مَعْنَاهُ ※

إِنَّ إِذَا وَقَعَ صَدِيقُكَ فِي شِدَّةٍ نَجِّهِ وَخَلِّصْهُ وَفِيمَا بَعْدُ لُمْهُ فَيَكُونُ أَحْسَنَ جَمِيلٍ *

PUER.

Puer aliquando coniecit se in fluvium aquae, neque natare sciebat, parumque aberat quin suffocaretur, et opem imploravit viri cuiusdam in via transeuntis: qui accedens ad eum, coepit eum obiurgare, quod in fluvium descendisset. Dixitque ei puer: o tu, libera me primum a morte, et deinde reprehende me.

Hoc significat,

Quod, cum amicus tuus incidit in calamitatem aliquam, liberare eum primum debes et salvare, deinde vero reprehendere: eritque longe melior.

Notae.

Liberare debes, *etc*. Ad verbum, *libera eum. etc.*

Longe melior. Arabice *optimus honesti*, seu *decori*; vel neutraliter, *optimum decori*; id est, *longe convenientius*.

صَبِيٌّ وَعَقْرَبٌ

صَبِيٌّ فِي مَرَّةٍ كَانَ يَصِيدُ ٱلْجَرَادَ فَنَظَرَ عَقْرَبًا فَظَنَّ أَنَّهَا جَرَادَةٌ كَبِيرَةٌ فَمَدَّ يَدَهُ لِيَأْخُذَهَا ثُمَّ تَبَعَّدَ عَنْهَا فَقَالَتْ لَهُ لَوْ أَنَّكَ قَبَضْتَنِي فِي يَدِكَ فَخَلَّيْتَ عَنْ صَيْدِ ٱلْجَرَادِ *

هٰذَا مَعْنَاهُ

أَنَّ سَبِيلَ ٱلْإِنْسَانِ أَنْ يُمَيِّزَ ٱلْخَيْرَ مِنَ ٱلشَّرِّ وَيُدَبِّرَ لِكُلِّ شَيْءٍ تَدْبِيرًا عَلَى حِدَةٍ *

PUER ET SCORPIO.

Puer aliquando venabatur locustas : viditque scorpionem, quem putavit locustam esse magnam : extenditque manum suam, ut eum caperet ; at deinde recessit ab eo : qui dixit illi : si prehendisses me manu tua, abstinuisses a venatione locustarum.

Hoc significat,

Quod oportet hominem distinguere bonum a malo, et rem omnem tractare convenienter naturae suae.

Notae.

* *Abstinuisses*, etc. Vertendum potius, *equidem desiisses venari locustas*.

Convenienter naturae suae. Ad verbum, *secundum terminum*, *normam* aut *definitionem suam*, * aut pro حده non alium fuerit legère حدة *hidatin*, a وحد, id est *seorsim*, *separatim*, vel *singulari quodam modo*.

حَمَامَةٌ

حَمَامَةٌ مَرَّةً عَطِشَتْ فَأَقْبَلَتْ تَحُومُ عَلَى حَايِطٍ فِي طَلَبِ ٱلْمَاءِ فَنَظَرَتْ عَلَى حَايِطٍ صَحْفَةً مَمْلُوَّةً مَاءً فَطَارَتْ بِسُرْعَةٍ وَضَرَبَتْ نَفْسَهَا

الى تلك الصورة فانشقت حوصلتها فقالت الويل لى انا الشقية لأني أسرعت فى طلب الماء وأهلكت روحى *

هذا معناه

أن التبدد والتوانى على الأشياء أخير من المبادرة والمسارعة اليها *

COLUMBA.

Columba aliquando sitiens, coepit vagari (circumvolitare) circa parietem, quaerens aquam, viditque in pariete scutellam aqua plenam, et volavit celeriter allisitque se ad illam picturam, (formam, rem extantem) ita ut ingluvies eius rumperetur. Dixitque; vae mihi miserae, quae festinavi in aquae petitione, et me ipsam perdidi.

Hoc significat,

Quod tarditas et mora in rebus praestat festinationi et celeritati.

قط

قط مرة دخل الى دكان حداد فأصاب المبرد المرمى فأقبل يلحسه بلسانه ولسانه يسيل منه الدم وهو يبلعه ويظن أنه من المبرد الى أن فنى لسانه ومات *

هذا معناه

من ينفق ماله بغير الواجب ثم لم يحسن حتى يفلس وهو لا يعلم وأيضا الخطية حلوة وصاحبها يتلذذ فيها وهو لا يعلم أنها نقص فى عمره وذلك من جملة الجهل الأكبر *

FELIS.

Felis aliquando ingressa est officinam fabri ferrarii, invenitque limam proiectam, eamque coepit lingere lingua sua; ita ut a lingua eius manaret sanguis, quem ipsa deglutiens putavit a lima esse; donec lingua eius deficeret, et ipsa extingueretur.

Hoc significat,

Eum, qui erogat facultates suas sine necessitate, neque sese emendat, donec exhaustus sit, neque id animadvertit. Est autem peccatum hoc dulce, et auctor eius delectatur eo, ignorans ipsum detrahere vitae suae, quae certe stultitia maxima est.

Notae.

Exhaustus. فلس est *non habere pecuniam*, non Arabibus tantum; sed et Belgis; nam et hi dicunt *blus zijn*, * in coniug. quarta tantum, افلس, ea usurpatur significatione.

Stultitia maxima. Ad verbum, *e summa maximae stultitiae* (*pro summa reputandum est stultitia*.)

❋ حَدَّادٌ وَكَلْبٌ ❋

حَدَّادٌ كَانَ لَهُ كَلْبٌ وَكَانَ لَا يَزَالُ نَائِمًا مَا دَامَ ٱلْحَدَّادُ يَعْمَلُ شُغْلًا فَإِذَا رَفَعَ ٱلْعَمَلَ وَجَلَسَ هُوَ وَأَصْحَابُهُ لِيَأْكُلُوا خُبْزًا ٱسْتَيْقَظَ ٱلْكَلْبُ فَقَالَ ٱلْحَدَّادُ يَا كَلْبَ ٱلسَّوْءِ لِأَيِّ سَبَبٍ صَوْتُ ٱلْمِرْزَبَاتِ ٱلَّذِى يُزَعْزِعُ ٱلْأَرْضَ لَا يُيَقِّظُكَ وَصَوْتُ ٱلْمَضْغِ ٱلْخَفِىِّ إِذَا أَنْتَ سَمِعْتَهُ فَٱسْتَيْقَظْتَ ❋

❋ هٰذَا مَعْنَاهُ ❋

أَنَّ ٱلْإِنْسَانَ إِذَا سَمِعَ ٱلصَّلَاةَ وَٱلْوَعْظَ يَنَامُ وَمَنْ يَسْمَعُ ٱلطَّبْلَ

وَٱلزَّمْرَ وَٱلْغِنَاءِ يَجْرِي خَلْفَهُ فَذَلِكَ مِنْ جُمْلَةِ ٱلْجَهْلِ ٱلْأَكْبَرِ.
وَأَيْضًا مَنْ يَسْمَعُ مَا لَا يُصْلِحُ بِهِ شَأْنَهُ وَيَتَغَافَلُ عَمَّا فِيهِ مَنْفَعَةٌ *

FABER ET CANIS.

Fabro cuidam erat canis, qui non desinebat dormire quamdiu faber laborabat, cumque opus intermitteret et sederet ipse cum sociis suis, ut cibum sumerent, evigilabat canis. Unde dixit ei faber: o pessime canis, quam ob causam sonitus malleorum, qui terram concutit, non excitat te? sonum autem masticationis obscurum ecce audivisti et evigilasti.

Hoc significat,

Dormire hominem, cum audit precationem et institutionem; post eum autem currere, qui tympanum, cantum, et vanitatem profert: quae certe stultitia maxima est. Item eum, qui auscultat id quo non corrigitur indoles (status, conditio) eius; negligit vero id quod utile est.

Notae.

Profert يسمع est *audiri facit*. * زمر cum *cantum omnem*, tum proprie *fistulae tibiaeque* denotat.

* وعد *institutionem*. Verbum notat *praedicere boni quid*, etiam *mali*; *promittere*, et quoque *minari*. Itaque hic *exhortationem*, vel *concionem sacram* significet, *quae* proprie وعظ dicitur; quin ita potius hic legendum fuerit.

Item. Supple, *significat haec fabula*.

✻ كِلَابٌ وَثَعْلَبٌ ✻

كِلَابٌ مَرَّةً أَصَابُوا جِلْدَ سَبُعٍ فَأَقْبَلُوا عَلَيْهِ يَنْهَشُونَهُ فَنَظَرَهُمُ ٱلثَّعْلَبُ فَقَالَ لَهُمْ أَمَا لَوْ إِنَّهُ كَانَ حَيًّا لَرَأَيْتُمْ مَخَالِيبَهُ كَأَحَدِ مِنْ أَنْيَابِكُمْ وَأَطْوَلَ *

❋ هَذَا مَعْنَاهُ ❋

أَلَّذِينَ يَشْتِمُونَ بِقَوْمٍ قَدْ مَاتُوا وَلَا يَقْدِرُونَ ٱلْجَوَابَ عَلَى أَنْفُسِهِمْ ❋

CANES ET VULPES.

Canes aliquando invenerunt pellem leonis, eamque arrodere coeperunt, quod videns vulpes, dixit eis: at si ille vivus esset, videretis ungulas eius, sicuti unum ex dentibus vestris, et longiores.

Hoc significat,

Eos, qui detrahunt ei qui iam vita excessit, et non potest se defendere.

❋ كَلْبٌ وَأَرْنَبٌ ❋

كَلْبٌ مَرَّةً طَرَدَ أَرْنَبًا فَلَمَّا أَدْرَكَهُ قَبَضَ عَلَيْهِ وَأَقْبَلَ يَعَضُّهُ بِأَنْيَابِهِ فَإِذَا ٱلدَّمُ قَدْ جَرَى لَحَسَهُ بِلِسَانِهِ فَقَالَ ٱلْأَرْنَبُ أَرَاكَ تَعَضُّنِي كَأَنِّي عَدُوُّكَ ثُمَّ تَبُوسُنِي كَأَنَّكَ صَدِيقِي ❋

❋ هَذَا مَعْنَاهُ ❋

مَنْ يَكُونُ فِي قَلْبِهِ غِشٌّ وَدَغَلٌ وَيُظْهِرُ إِشْفَاقًا وَمَحَبَّةً ❋

CANIS ET LEPUS.

Canis aliquando insequutus est leporem, quem ut est assequutus, prehendit eum, et mordere coepit dentibus suis; cumque sanguis emanaret, lambit eum lingua sua: dixitque lepus; video te mordentem me, ac si ego hostis tuus essem; deinde oscularis me, ac si tu amicus meus esses.

Hoc significat,

Eum, in cuius corde est dolus et fraus, ostenditque benevolentiam et amorem.

✱ البطن والرجلان ✱

البطن والرجلان تخاصموا فيما بينهم ايهم يحمل الجسم قالت الرجلان نحن بقوتنا نحمل الجسم قال الجوف ان انا لم اغذ من الطعام شيا فلا كنتما تستطيعان المشى فضلا تحملان شيا ✱

✱ هذا معناه ✱

من يتولى امرا فان لم يعضده الذى هو ارفع منه واشد منه فما له قدرة على خدمته ولا منفعة لروحه ✱

VENTER ET PEDES.

Venter et pedes contenderunt inter se quis ferret corpus. Dixerunt pedes: nos robore nostro ferimus corpus. At venter ait: si nihil ego cibo alerem; non possetis vos ire, nedum ferre quidquam.

Hoc significat,

Eum, qui negotium aliquod suscipit, nisi adiuvetur ab eo, qui ipso maior et potentior est, non posse perficere (obire) ministerium suum, et frustra esse.

Notae.

Contenderunt inter se. Arabice, *contenderunt de eo quod inter se erat*: phrasi usitata et eleganti.

* اغذ *alerem*. Legendum forte اعد *o,iddo*, *si ego non praeparem cibi quicquam*.

Frustra esse. Ad verbum, *non esse utilitatem spiritui* (seu *animae*) *eius*.

٭ اَلنُّمُوسُ وَالدَّجَاجُ ٭

بَلَغَ النُّمُوسَ أَنَّ الدَّجَاجَ قَدْ مَرِضُوا فَلَبِسُوا جُلُودَ الطَّاوُسِ وَأَتَوْا تَزُورُهُمْ فَقَالُوا لَهُمْ السَّلَامُ عَلَيْكُمْ أَيُّهَا الدَّجَاجُ كَيْفَ أَنْتُمْ وَكَيْفَ أَحْوَالُكُمْ فَأَجَابُوا مَا نَحْنُ إِلَّا بِخَيْرٍ يَوْمَ لَا نَرَى وُجُوهَكُمْ ٭

٭ هٰذَا مَعْنَاهُ ٭

مَنْ يُظْهِرُ الْمَحَبَّةَ رِيَاءً وَفِي قَلْبِهِ الدَّغَلُ ٭

FURONES ET GALLINAE.

Intellexerunt furones aegrotare gallinas; indutaque pelle pavonis venerunt eas visitatum; dixeruntque iis: pax vobis sit o gallinae: quomodo valetis? Responderunt; bene nobis est, cum non videmus facies vestras.

Hoc significat,

Eum, qui per hypocrisin ostendit amorem, in corde autem suo (gerit) dolum et odium.

Notae.

Furones. نموس plurale est, a singulari نمس (nimson.) quod significat animal quoddam gallinis inimicum, in oriente frequens, auctori glossarii *raphelengiani* furo, quod mihi nomen visum fuit retinere. *Musta Ben Achmed* in lexico suo ait et دلق arabice vocari, et turcice سكسار; capiteque et ore canino esse, crine caprino, oculis fulvis, corpore caeruleo, (mustelino) etc. * نمس proprie *mustela* est *vulgaris*, quae alias metonymice ابن عرس *ibin irsin* dicitur.

Quomodo valetis. Ad verbum, *quomodo vos et status vestri. Bene nobis est*. Arabice, *nos in bono sumus*.

✻ أَلشَّمْسُ وَٱلرِّيحُ ✻

أَلشَّمْسُ وَٱلرِّيحُ تَخَاصَمَا فِيمَا بَيْنَهُمَا مَنْ مِنْهُمَا يَقْدِرُ أَنْ يُجَرِّدَ ٱلْاِنْسَانَ ٱلثِّيَابَ فَٱشْتَدَّ ٱلرِّيحُ بِٱلْهُبُوبِ وَعَصْفَةٍ جِدًّا فَكَانَ ٱلْاِنْسَانُ اِذَا ٱشْتَدَّتْ هُبُوبُ ٱلرِّيحِ ضَمَّ ثِيَابَهُ اِلَيْهِ وَٱلْتَفَّ بِهَا مِنْ كُلِّ جَانِبٍ وَٱرْتَفَعَ ٱلنَّهَارُ وَٱشْتَدَّ ٱلْحَرُّ فَخَلَعَ ٱلْاِنْسَانُ ثِيَابَهُ وَحَمَلَهَا عَلَى كَتِفِهِ مِنْ شِدَّةِ ٱلْحَرِّ *

✻ هٰذَا مَعْنَاهُ ✻

مَنْ كَانَ مَعَهُ ٱلْاِتِّضَاعُ وَحُسْنُ ٱلْخُلْقِ يَنَالُ مِنْ صَاحِبِهِ مَا يُرِيدُهُ *

SOL ET VENTUS.

Sol et ventus contenderunt inter se, uter eorum posset efficere ut homo exueret vestes suas. Intenditque se vehementer ventus impetu et tempestate. Homo autem, cum intenderetur vis venti, collegit ad se vestes suas, involvitque se iis ab omni latere. Cumque ortus esset dies, et intenderetur calor, exuit homo vestes suas, tulitque eas super humero suo prae vehementia caloris.

Hoc significat,

Eum, quicum est humilitas et naturae bonitas, consequi a socio suo quod vult.

Notae.

* بالهيوب. Lege بالهبوب *Bilhuboubi*, uti et linea sequenti, *flatu, flando*: nam الهيوب est *formidulosus* Act. et Pass.

* عصفة. Lege عصفه *affihi*, *vehementi spiratione sua*, vel عاصفة *asifatin*, *procella quadam ac tempestate*.

※ ديكان ※

ديكان يقاتلان في قارورة فغلب الواحد والآخر مضى من وقته في بعض الاماكن فأما الديك الذى غلب صعد فوق سطح عال وجعل يصفق بجناحيه ويصيح ويفتخر فنظره يعيط الجوارح فانقض عليه واختطفه لوقته *

※ هذا معناه ※

أن لا يجب الانسان أن يفتخر بقوته *

DUO GALLI.

Duobus gallis in vase pugnantibus alter vicit; et alter illico in locum quendam secessit: at gallus, qui vicit, ascendit supra tectum altum, coepitque complodere alias suas, et clamare ac gloriari; viditque eum vultur, qui celerrime in eum irruit, eumque statim rapuit.

Hoc significat,

Quod non oportet hominem gloriari virtute sua et roboris vehementia.

Notae.

* قارورة. Tantum *ampullam vitream*, aut *oculi pupillam* designat, quae hic locum non habent. Neque enim *in* vel *sub ampulla* pugnare possint gallinacei duo. Itaque reddendum potius foret, *ob ampullam*, scil. *pabulum ea contentum*, vel legendum قهقور *kahkourin*, qnod *longiorem ex lapidibus structuram notat*, *quam parare pueri solent*: ita uti tradit ea. forte an *sepimento similem*, *intra quod tale certamen fiebat*.

Vultur. Hoc certe animal puto significari duabus vocibus الجوارح بعيط, quanquam de scriptura nonnihil dubito, forte legendum من بعيد *eminus*: ut solum جوارح sit animalis nomen. * Cum vox الجوارح proprie quidem signet *vulnificas*, id est, *rapaces aves*, utique بعيط الجوارح, quasi *clamosus accipiter*, (nam ب initio nonnunquam servit) non inconvenienti metonymia *vulturem* denotarit, alias una voce حداه *hidaon* appellatum; quod vix alia eius generis avis voce magis strepera sit. Festo *iugere* vultur, aliis *lippire* dicitur; unde forsan recentioribus Graecis ipse λύπη vocatur.

✱ ذِيَابٌ ✱

ذِيَابٌ أَصَابُوا جُلُودَ بَقَرٍ فِى جُوْرَةِ مَآءٍ تَسِيلُ وَلَيْسَ عِنْدَهُمْ أَحَدٌ فَٱتَّفَقُوا عَلَى أَكْلِهِمْ جَمِيعٌ وَتَوَامَرُوا أَنَّهُمْ يَشْرِبُونَ ٱلْمَآءَ كُلَّهُ حَتَّى يَصِلُوا لِلْجُلُودِ وَيَأْكُلُوهُمْ فَمِنْ كَثْرَةِ مَا شَرِبُوا ٱنْفَلَقُوا أَكْلَهُمْ وَمَاتُوا وَلَمْ يَصِلُوا إِلَى ٱلْجُلُودِ ✱

✱ هٰذَا مَعْنَاهُ ✱

مَنْ هُوَ قَلِيلُ ٱلرَّأْىِ يَعْمَلُ مَا لَا يَجِبُ عَمَلُهُ ✱

LUPI.

Lupi invenerunt pelles boum in fovea aquae fluentis, nec quisquam iis aderat, et unanimiter statuerunt eas edere, decreveruntque omnem aquam ebibere, ut attingerent pelles, easque devorarent. Prae multitudine autem eius quod biberunt (hausti potus), crepuit venter eorum, et mortui sunt, neque pervenerunt ad pelles.

Hoc significat,

Eum, qui consilio non valet, facere id quod fieri non oportet.

Notae.

Crepuit venter eorum. Arabice, *rupti sunt stomachum*, seu, *quoad stomachum*: puto enim اكل *stomachum* significare hoc loco. * Verum id ab usu abhorret: quare vix dubito quin ا redundet, legendumque sit كلهم, *crepuerunt omnes*.

✻ الوزّ والخطّاف ✻

الوزّ والخطّاف اشتركوا في المعيشة فكان مرعى الجميع في مكان واحد ورأيا توهم الصيّادين فامّا الخطّاف فلأجل خفته طار وسلم وامّا الوزّ فادركوه الصيّادون فذبحوه ✻

✻ هذا معناه ✻

من يعاشر من لا يشاكله وليس هو ابن جنسه ✻

ANSER ET HIRUNDO.

Anser et hirundo societatem inierunt vitae, erantque pascua utriusque in loco uno. Visis autem aliquando insidiis venatorum, hirundo propter levitatem suam avolavit, et evasit: at anserem ceperunt venatores, et occiderunt.

Hoc significat,

Eum, qui amicitiam init cum eo cum quo non convenit, nec qui eiusdem est generis.

Notae.

Utriusque. Proprie, *universitatis* seu *omnium*: frequenter enim vox etiam de duobus usurpatur.

Eiusdem generis. Arabice, *qui non est filius generis eius*.

Finis Fabularum.

❋ مُنْذِرَةُ ٱلْعَذَبِ مِن كَلَامِ ٱلْعَرَبِ ❋

SELECTAE QUAEDAM ARABUM SENTENTIAE.

1. بِٱلْعَمَلِ يُحَصَّلُ ٱلثَّوَابُ لَا بِٱلْكَسَلِ ❋

Opere acquiritur praemium, non segnitie.

2. حُبُّ ٱلدُّنْيَاهِ يُفْسِدُ ٱلْعَقْلَ وَيُصِمُّ ٱلْقَلْبَ عَنْ سَمَاعِ ٱلْحِكْمَةِ ❋

Amor mundi ingenium corrumpit, et cor reddit surdum, ne audiat sapientiam.

3. أَلْكَسَلُ وَكَثْرَةُ ٱلنَّوْمِ يُبْعِدَانِ مِنَ ٱللّٰهِ وَيُورِثَانِ ٱلْفَقْرَ ❋

Pigritia et multitudo somni abducunt a Deo et adducunt paupertatem.

4. قِلَّةُ ٱلْأَكْلِ يَمْنَعُ كَثِيرًا مِنْ أَعْلَالِ ٱلْجِسْمِ ❋

Parum comedere corporis morbos arcet multos.

5. قَلْبُ ٱلْأَحْمَقِ فِي فِيهِ وَلِسَانُ ٱلْعَاقِلِ فِي قَلْبِهِ ❋

Cor stulti in eius ore, et lingua sapientis in corde eius est.

6. كُنْ قَنِعًا تَكُنْ غَنِيًّا كُنْ مُتَوَكِّلًا تَكُنْ قَوِيًّا

Esto contentus, eris dives; esto confidens, potens eris.

7. لَيْسَ مِنْ عَادَةِ ٱلْكِرَامِ تَاخِيرُ ٱلْأَنْعَامِ لَيْسَ مِنْ عَادَةِ ٱلْأَشْرَافِ تَعْجِيلُ ٱلِانْتِقَامِ ❋

Differre beneficia non est generosi hominis; neque hominis eminentis est accelerare vindictam.

8. لَا تَسْتَصْغِرْ عَدُوًّا وَإِنْ ضَعُفَ ❋

Inimicum ne parvi aestimes, licet sit debilis.

9. مَنْ رَضِيَ عَنْ نَفْسِهِ كَثُرَ ٱلسَّاخِطُ عَلَيْهِ *

Qui sibi placet, multos habet, qui indignantur ipsum.

10. ٱلصَّدِيقُ ٱلصَّدُوقُ مَنْ نَصَحَكَ فِي عَيْبِكَ وَأَثَرَكَ عَلَى نَفْسِهِ *

Amicus sincerus est qui te de vitiis tuis admonet, et te sibi praefert ipsi.

11. إِيَّاكَ وَحُبَّ ٱلدُّنْيَا فَإِنَّهَا رَأْسُ كُلِّ خَطِيَّةٍ وَمَعْدِنُ كُلِّ بَلِيَّةٍ *

Cave tibi ab amore mundi, est enim peccati omnis fons, et cuiuslibet aerumnae fodina,

12. ٱلْحَسَدُ دَآءٌ عَيَآءٌ لَا يَزُولُ إِلَّا بِهَلْكِ ٱلْحَاسِدِ أَوْ مَوْتِ ٱلْمَحْسُودِ *

Invidia est morbus incurabilis; non cessat nisi cum exitio invidi, aut morte eius, cui invidetur.

13. ٱلْأَمَلُ كَٱلسَّرَابِ يَغُرُّ مَنْ رَآهُ وَيُخْلِفُ مَنْ رَجَاهُ

Spes est instar vaporis meridiani camporum, qui decipit intuentem, et fallit sperantem.

14. ثَلَاثَةٌ يُمْتَحَنُ بِهِنَّ عَقْلُ ٱلرِّجَالِ. ٱلْمَالُ وَٱلْوِلَايَةُ وَٱلْمُصِيبَةُ *

Tria sunt, quibus virorum ingenium tentatur, divitiae, imperium et fortuna adversa.

51. جَالِسْ أَهْلَ ٱلْعِلْمِ وَٱلْحِكْمَةِ وَأَكْثِرْ مُنَافَثَتَهُمْ فَإِنَّكَ إِنْ كُنْتَ جَاهِلًا عَلَّمُوكَ وَإِنْ كُنْتَ عَالِمًا ٱزْدَدْتَ عِلْمًا *

Asside doctis et sapientibus, eorumque colloquia frequen-

tato; etenim si fueris insipiens, te docebunt; et si fueris doctus, augeberis scientia.

16. خمس يستقبح في خمس كثرة الفجور في العلماء والحرص في الحكماء والبخل في الاغنياء والقبحة في النساء وفي المشايخ الزناء *

Quinque improbantur in quinque; multitudo improbitatis in doctis; cupiditas in sapientibus; avaritia in divitibus; deformitas in mulieribus; et scortatio in senibus.

17. ذو الشرف لا تبطره منزلة نالها وان عظمت كالجبل الذي لا تزعزعه الرياح والدني تبطره ادنى منزلة كالكلاء الذي يحركه مر النسيم *

Nobilem non facit insolentem dignitatis gradus, quem obtinet, etiamsi sit altus adinstar montis, quem venti non concutiunt; vilem vero inferior gradus dignitatis insolentem facit, adinstar graminis, quam movet aura praeteriens.

18. زد في اصطناع المعروف واكثر من اسداء الاحسان فانه ابقى ذخر واجمل ذكر *

Abundans esto in praestandis beneficiis, et multiplica largissime beneficentiam; est enim thesaurus certissimus, et recordatio iucundissima.

19. سل عن الرفيق قبل الطريق سل عن الجار قبل الدار *

Interroga de socio, priusquam viam (cum eo) ingrediaris, et de vicino, priusquam domum conducas.

20. شر النوال ما تقدمه المطل وتعقبه المن *

Pessimum donum, quod praecedit procrastinatio, et sequitur exprobratio.

21. شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ يُعِينُ عَلَى ٱلْمَظْلُومِ وَيَنْصُرُ ٱلظَّلُومَ *

Pessimus hominum, qui auxilium praestat contra oppressum, et iuvat opprimentem.

22. شَيْآنِ لَا يُعْرَفُ فَضْلُهُمَا إِلَّا مَنْ فَقَدَهُمَا. ٱلشَّبَابُ وَٱلْعَافِيَةُ *

Duae sunt res, quarum praestantia non cognoscitur, nisi quum desiderantur, iuventus et sanitas.

23. صُنْ إِيمَانَكَ مِنَ ٱلشَّكِّ فَإِنَّ ٱلشَّكَّ يُفْسِدُ ٱلْإِيمَانَ كَمَا يُفْسِدُ ٱلْمِلْحُ ٱلْعَسَلَ *

Custodi fidem tuam a dubitatione; nam dubitatio corrumpit fidem, sicuti sal corrumpit mel.

24. طُوبَى لِمَنْ كَظَمَ غَيْظَهُ وَلَمْ يُطْلِقْهُ وَعَصَى أَمْرَهُ نَفْسِهِ وَلَمْ تُهْلِكْهُ *

Beatus ille, qui iram suam reprimit, neque habenas ei committit, et qui imperio appetitus sui se opponit, nec ab ea perditur.

25. لَا تُحَمِّلْ عَلَى يَوْمِكَ هَمَّ سَنَتِكَ كَفَاكَ كُلُّ يَوْمٍ مَا قُدِّرَ لَكَ فِيهِ فَإِنْ تَكُنِ ٱلسَّنَةُ مِنْ عُمْرِكَ فَإِنَّ ٱللّٰهَ سُبْحَانَهُ سَيَأْتِيكَ فِي كُلِّ غَدٍ جَدِيدٍ بِمَا قُسِمَ لَكَ فَإِنْ لَمْ تَكُنْ مِنْ عُمْرِكَ فَمَا هَمُّكَ بِمَا لَيْسَ لَكَ *

Ne imponas diei tuo sollicitudinem anni totius; quolibet die sufficiat tibi, quod in eo tibi decretum est; si enim an-

nus ille sit ex vita tua (i. e. si totum illum annum sis victurus), utique Deus O. M. quolibet crastino die recenti id tibi dabit, quod tibi destinatum est; sin vero annus iste non sit e vita tua, ecquid sollicitudo tua tunc erit de eo, quod tibi non est ?

26. قال امير المومنين علي بن ابي طالب كرم الله وجهه من عرف بالحكمة لاحظته العيون بالوقار *

Dixit princeps fidelium, Ali, Abi Talebi filius, quem Deus summo honore afficiat ! Qui cognitus est sapientia, eum adspiciunt oculi cum reverentia.

27. قال بعض الحكماء تحتاج القلوب الى اقواتها من الحكمة كما تحتاج الاجسام الى اقواتها من الطعام *

Sapiens quidam dixit: egent mentes ad corroborationem suam sapientia, quemadmodum corpora ad suam corroborationem cibo.

28. قال افلاطون الحكيم لا تطلب سرعة العمل واطلب تجويده فان الناس لا يسألون في كم فرغ وانما ينظرون الى اتقانه وجودة صنعته *

Dixit Plato sapiens: ne hoc studeas, ut opus aliquod celeriter perficias; sed, ut illud bene egregieque perficias, stude; siquidem homines non interrogabunt, quanto tempore sit absolutum; sed, num recte, diligenter et bene sit concinnatum, considerabunt.

29. قال افلاطون ايضا حبك للشيء ستر بينك وبين مساويه وبغضك له ستر بينك وبين محاسنه *

Platonis et hoc: amor, qui te tenet rei alicuius, velum est te inter et vitia illius; uti, quo es imbutus, odium eius, velum est te inter et virtutes illius.

30. من مدحك بما ليس فيك من الجميل وهو راضٍ عنك
ذمك بما ليس فيك من القبيح وهو ساخط عليك ❋

Qui te laudat ob egregium quid, quod in te non est, idem et sibi in eo placebit, ut te insimulet vitii, quod in te non est, et est malo in te animo affectus.

31. أضعف الناس من ضعف عن كتمان سره واقواهم من قوى
على غضبه واصبرهم من ستر فاقته واغناهم من قنع بما تيسر له ❋

Hominum infirmissimus est, qui secretum suum celare non valet; fortissimus, qui irae suae imperat; patientissimus, qui egestatem suam velat; ditissimus, qui contentus est eo, quod sorte ipsi obtigit.

32. مثل الذى يعلم الناس الخير ولا يعمل به كمثل أعمى
بيده سراج يستضى به غيره وهو لا يراه ❋

Qui alios quid bonum et rectum sit docet, non vero ipse recte agit, is similis est caeco, in cuius manu lucerna, qua lucem alii praebet, quam autem ipse non videt.

33. فى كتاب كليلة ودمنة اذا أحدث لك العدو صداقة
لعلة الجاته اليك فمع ذهاب العلة رجوع العداوة كالماء تسخنه
فاذا أمسكت نارا عنه عاد الى أصله باردا والشجرة المرة لو
طليتها بالعسل لم تثمر الا مرا ❋

E libro Calila va Dimna; Inimicus, causa aliqua ad te compulsus, si amicitiam erga te prae se ferat, iterum, ces-

sante causa, hostis tibi erit; quemadmodum aqua calefacta, igne remoto, naturale suum frigus recipit, et sicut arbor amara, etiamsi melle eam oblinas, tamen nonnisi amaros fructus proferat.

34. مَثَلُ ٱلْأَغْنِيَاءِ ٱلْبُخَلَاءِ كَمَثَلِ ٱلْبِغَالِ وَٱلْحَمِيرِ تَحْمِلُ ٱلذَّهَبَ وَٱلْفِضَّةَ وَتَعْتَلِفُ بِٱلتِّبْنِ وَٱلشَّعِيرِ ❁

Divites avari similes sunt mulis et asinis, qui aurum et argentum portant, ipsi vero palea et hordeo vescuntur.

35. قِيلَ لِلْأَحْنَفِ بْنِ قَيْسٍ مَا أَحْلَمَكَ قَالَ لَسْتُ بِحَلِيمٍ وَلَكِنِّي أَتَحَالَمُ وَٱللّٰهِ إِنِّي لَأَسْمَعُ ٱلْكَلِمَةَ فَأُحَمُّ لَهَا ثَلَاثًا مَا يَمْنَعُنِي مِنَ ٱلْجَوَابِ عَنْهَا إِلَّا خَوْفٌ مِنْ أَنْ أَسْمَعَ شَرًّا مِنْهَا ❁

Ahhnafus, Kaisi filius, alicui, mansuetudinem eius laudanti, respondit: per Deum! minime sum mansuetus, sed talis videor; nam cum dictum aliquod audio, propter quod per triduum succenseo, ne quid regeram, nil nisi metus me prohibet, ne peius quid audiam.

36. قِيلَ لِبَعْضِهِمْ مَتَى يُحْمَدُ ٱلْكَذِبُ قَالَ إِذَا جَمَعَ بَيْنَ مُتَقَاطِعِينَ قِيلَ فَمَتَى يُذَمُّ ٱلصِّدْقُ قَالَ إِذَا كَانَ غِيبَةً فَمَتَى يَكُونُ ٱلصَّمْتُ خَيْرًا مِنَ ٱلنُّطْقِ قَالَ عِنْدَ ٱلْمِرَاءِ ❁

Interrogatus quidam: quando laudatur mendacium? respondit: cum iungit qui alienati fuerant. Quando vituperatur veritas? Cum de absente minus laudanda prodit. Et quando silentium praestat loquendo? In altercatione.

37. قَالَ عَامِرُ بْنُ عَبْدِ ٱلْقَيْسِ إِذَا خَرَجَتِ ٱلْكَلِمَةُ مِنَ ٱلْقَلْبِ دَخَلَتْ فِي ٱلْقَلْبِ وَإِذَا خَرَجَتْ مِنَ ٱللِّسَانِ لَمْ تَتَجَاوَزِ ٱلْآذَانَ ❁

Dictum Ameri, Abdol-Caisi filius: sermo qui e pectore prodit, pectus ingreditur; sed qui e lingua (tantum) prodit, non excedit aures (i. e. auribus quidem percipitur, sed in animum non penetrat).

38. قَالَ حَكِيمٌ لِآخَرَ يَا أَخِي كَيْفَ أَصْبَحْتَ قَالَ أَصْبَحْتَ
وَبِنَا مِنْ نِعَمِ ٱللّٰهِ مَا لَا نُحْصِيهِ مَعَ كَثِيرٍ مَا نَعْصِيهِ فَمَا نَدْرِي أَيُّهُمَا
نَشْكُرُ جَمِيلَ مَا يَنْشُرُ أَوْ قَبِيحَ مَا يَسْتُرُ ❋

Sapiens quidam, interrogatus ab alio (sapiente), quomodo se haberet? optime, respondit, siquidem Deus T. O. M., licet parum ei obtemperemus, tamen tam inumerabilia in nos confert beneficia, ut nesciamus, utrum propter bona, quae diffundit, an vero, quod tot mala a nobis arcet, plus ei gratiarum agamus.

39. قَالَ بَعْضُ ٱلْحُكَمَاءِ لَا يَنْبَغِي لِلْفَاضِلِ أَنْ يُخَاطِبَ ذَوِي
ٱلنَّقْصِ كَمَا لَا يَنْبَغِي لِلصَّاحِي أَنْ يُكَلِّمَ ٱلسُّكَارَى ❋

Quam parum homini sobrio cum ebriis, tam parum viro praestanti decet cum homine nequam confabulari.

40. قَالَ ٱبْنُ ٱلْمُعْتَزِّ أَهْلُ ٱلدُّنْيَاءِ كَرُكَّابِ سَفِينَةٍ يُسَارُ بِهِمْ
وَهُمْ نُيَّامٌ ❋

Dictum Ebnol-Motaassi; homines mundani sunt instar illorum, qui navi vehuntur, et quibuscum iter conficitur dum dormiunt.

41. قَالَ ٱبْنُ ٱلْمُقَفَّعِ إِذَا حَاجَجْتَ فَلَا تَغْضَبْ فَإِنَّ ٱلْغَضَبَ
يَقْطَعُ عَنْكَ ٱلْحُجَّةَ وَيُظْهِرُ عَلَيْكَ ٱلْخَصْمَ ❋

Dictum Ebn-ol-Mocaffae: in litigando ne irae indulgeas:

nam ira adimit tibi argumenta pro causa tua, et adversarium te superiorem reddit.

42. وجد على صنم مكتوب حرام على النفس الخبيثة أن تخرج من هذه الدنيا حتى تسيء الى من أحسن اليها ❋

Statuae cuidam hoc insculptum reperiebatur: animae scelestae non est concessum hoc mundo egredi, priusquam illi, qui bene de ipsa meritus esset, mala rependerit.

43. قال أبو مسلم الخراساني خاطر من ركب البحر واشد منه مخاطرة من داخل الملوك ❋

Dixit Abu-Moslim, Chorasanus: periculo se exponit, qui mari vehitur, sed multo maiori periculo sese exponit, qui regibus se miscet.

45. قال أمير المومنين على كرم الله وجهه. الأدب حلى في الغنى كنز عند الحاجة عون على المروة صاحب في المجلس مونس في الوحدة تعمر به القلوب الواهية وتحيا به الألباب الميتة وتنفذ به الأبصار الكليلة ويدرك به الطالبون ما حاولون ❋

Dixit Imperator fidelium, Ali, quem Deus summo honore afficiat! Litterae sunt ornamentum in opulentia, thesaurus in necessitate, auxilium adversus vim, sodalis in consessu, familiaris oblectans in solitudine, illis mentes aegrae sanantur, et corda demortua vivificantur; visus hebes illis fit acutus, et sapientiae studiosi per illas quod quaerunt assequuntur.

45. قال لقمان لابنه يا بنى لتكن اول شىء تكسبه بعد
الايمان خليلا صالحا فانما مثل الخليل الصالح كمثل النخلة
ان قعدت فى ظلها اظلتك وان احتطبت من حطبها نفعك وان
اكلت من ثمرها وجدته طيبا ❋

Dixit Locmanus filio suo : primum, quod tibi post veram religionem est acquirendum, est probus amicus ; talis enim est sicut palma, cuius sub umbra si sedes, ea te operit : si ex ea ligna colligis, utilitatem tibi praestat ; et cum de eius fructibus comedis, eos suaves invenis ·

46. قال رسول الله صلى الله عليه وسلم ثلاث مهلكات
وثلاث منجيات فاما المهلكات فشح مطاع وهوى متبع
واعجاب المرء بنفسه واما المنجيات فخشية الله فى السر
والعلانية والقصد فى الغنى والفقر والعدل فى الرضاء والغضب ❋

Dixit legatus Dei, cui propitium sit Numen! Tria sunt, quae perdunt, et totidem quae servant (hominem) · Et illa quidem quod attinet, quae perdunt, sunt haec : avaritia cui indulges, cupiditas, quam sequeris, et admiratio tui ipsius. Quae vero servant, sunt : timor Dei clam et palam ; rectitudo in opulentia et egestate ; et aequitas in gratia et ira.